



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Militia Immaculatae Conceptionis Virginis Mariae, Contra  
Malitiam Originalis Infectionis Peccati**

**Alva y Astorga, Pedro de**

**Lovanij, 1663**

B.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13965**

ditione Illustrissime Dicissimae primae Mediolani, prædictum festum Conceptionis translatum fuit ad Capellam Beatae Virginis MARIE, que sita est in Ecclesia S. Francisci Ita Bustus in Mariali, serm. 9. de Conceptione, part. 1. Marracius in Principibus Marianis, fol. 52.

A.P. E.V.S.I. sub his litteris scriptis quidam Societas Iesu Pater, librum sub hoc titulo: Manualē Sodalitatis B.MARIE Virginis, ac Juventutis universitatis selecte Gymnasiorum Societatis Jesu, &c. ubi parte 2. fol. 85. adducit considerationes de Conceptione, & 3. talis est: Considerabis Conceptionem B. Virginis sasse purissimam, nullius labii affinem, è qua immaculatus Agnus, &c. Lib. impress. Fleriae anno 1610. in 12. magno.

## B.

BALDUINUS Comes Flandriæ, & Hanno-niæ, dedit duo diplomata cum his subscriptionibus, primum sic: Actum in solemnitate Conceptionis gloriose Virginis MARIE, 1595. alterum vero: Actum mense Decembri in Conceptione gloriose Virginis MARIE 1595. sic Myraus in notitia Ecclesiarum Belgii capite 178. Euseb. Nieremb. folio 70.

BALDUINUS Junius, Ordinis Minorum, natione Belga Pôdracensis, in Manuali Theologico continente præcipua totius Theologie fundamenta, libro 14. de Incarnatione, cap. 15. de sanctificatione B. Virginis, fol. 90o. adducit quartodecim dogmata, seu conclusiones, in quibus probat, quod Beata Virgo fuit per gratiam sanctificata in utero; quod potuit à Deo præservari, & quod de facto non fuit præservata ab antecedentibus, & consequentibus peccati originalis; quod habuit debitum incurriendi, & contrahendi ex vi sua generationis, tamen ex gratia & privilegio speciali fuit à peccato originali in sua Conceptione præservata, &c. Vide alia loco citato; lib. est impress. Moguntiae 1615. in 8. regali.

Item, in libro Concionum parvo impresso Antuerpiæ 1613. habet concionem de Immaculata Conceptione fol. 22. sub themate: Locutus est Dominus ad Moylen dicens: Aream de lignis setim compingite, &c. usque ad fol. 41. Lib. impress. ut supra in 8. anno 1618.

Item, in libro majori Concionum impresso Coloniae 1616. habet præter supra positam, alias duas de eadem Immaculata Conceptione, quarum prima incipit: Figurata fuit B. MARIA per arcum, &c. Et altera incipit sic: Olim mulier quædam, &c. Libr. impress. ut supra in 4.

Item, in Chronico morali, parte 4. folio 768. ad annum Christi 1484. de fundatione Monialium Conceptionis, ac decreto Pauli V. circa Conceptionem Virginis MARIE, late. Lib. impress. Coloniae 1622. in 4.

Item, scripsit de puritate MARIE, sub hoc titulo: Lignum inter se in asperie, de Beata Virgine MARIA Christi Mater impress. Antuerpiæ 1631. Vide Wadding. in Catalogo, folio 46. & Marrac. in Biblioth. Mar. fol. 176.

BALTHASAR Alvarez, Societatis Iesu Hispanus, Provincialis Provincie Toletanæ, vir pietate clarus, de Consolatione spirituali, habita in die Conceptionis Domine nostra Virginis MARIE. Vide etiam ipsius scripta per Ludovic. de Puente cap. 26. fol. 111. Lib. impress. Matrii 1615. in 4.

BALTHASAR Andreas, Juris Consultus Hispanus, ad Decretum Concilij Tridentini, de Immaculata Virginis Conceptione fecit additionem latam, & eruditam, ut videre est in lib. impress. Lugduni anno 1631. in 4.

Item, adde quæ ipse refert his verbis: Quamvis est sententiam de Immaculata Virginis Conceptione, & nos triginta abhinc annis adverbiis Gloff. verbo Nativitas, in cap. 1. deConsecrat. distinct. 3. & verbo Miracula, in cap. 2. de Consecrat. distinct. 4. dum hæc iura publicè in nostra Academia docemus, libenti animo securi suimus, varijs rationibus, ac fundamentis illam comprobantes. Et postmodum anno 1618. cùm hujus nobilissime Civitatis Cæsaрагustæ Supremum Consulatum exerceremus, unà cum alijs ejusdem Civitatis moderatoribus, copiosaque Nobilium, ac Civium, & Equum multitudine in Angelico facello Serenissime Deiparæ, ac Immaculata Virginis del Pilar communiter à nostris nuncuparæ, ejusdem pia affectionis defensionem solemni iuramento firmavimus, &c. ibidem.

BALTHASAR Arias, Ordinis Prædicatorum Hispanus, in lib. Sermonum de Sanctis, in felicitate purissima Conceptionis Virginis sanctissima, à fol. 33. usque 47. Hispanice pro puritate Virginis, ac ejus præservatione habet sequentia: Porque à la luz del dia, se le figure la noche, pero a la gracia de la Virgen santissima jamás precedió mala de culpa mortal venial, m original, &c. La Virgen fue sicut dies ceeli, dia fin noche, luc sin tinieblas, gracia sin culpa, ni antes, ni despues. Pues si la Virgen santissima tuvo adornados los pies, y la cabeza, pues tuvo el adorno de la gracia no solo en los pies, que fue el fin de su vida; pero en la cabeza, que fue el principio della, pues no solo estuvo en gracia a la hora de su muerte, sino tambien en la Concepcion, siendo concebida en gracia, y sin pecado alguno, &c. En la Concepcion le entró a la Virgen la luz de la divina gracia, y no el agua del diluvio general, que fue la culpa del peccado original, que se extendió generalmente por todo el linaje humano porque de este diluvio general del peccado original, solo el Arca de Noe, que fue MARIA santissima, y el que estuvo dentro de la que fue Christo nuestro Señor, se libraron, &c. Et infra: Aunque Christo, y MARIA fueron impeccables, pero en diferente manera: porque Christo lo era por naturaleza, y MARIA por gracia, y privilegio particular; porque según la ley general, que publicó el Apóstol. San Pablo: Omnes in Adam peccaverunt: percer averlo incurrido; pero no, porque detta ley general exceptuó Dios nuestro Señor, y privilegio a MARIA santissima, &c. Así la ley devino en el peccado original para todos, mas no para la Virgen Santissima, ella sola fue la privilegiada, y la libre de ésta ley, &c. la fabrica de la Virgen en la Concepcion, no tuvo golpe de culpa, ni pecado alguno. Ultra de todo lo dicho, si la Virgen fuera concebida en pecado, fuera esclava del demonio, como lo son todos los pecadores, y en tal caso podría el demonio decir a Dios dos dedos de la barba, andad Señor, que sois Hijo de esclava, lo qual parece seria gran mengua de Dios, &c. Deinde repetit millies, & probat Virginem MARIAM fuisse immunem, & exemptam a peccato originali, in gratia conceptam, & alia quamplura scitu digna, quæ non transcribo brevitatis causâ. Lib. impress. Valentiae 1614. in 4.

BAL-

BALTHASAR Buniakem, Magister in Theologia, fuit zelosissimus disputator, ac defensor sententiae purissimae, & Immaculatae Conceptionis Virginis MARIE, quod his eisdem verbis refert, & dicit Daniel Agricola, in Corona Doctorum pro immunitate Virginis, fol. 175. à tergo.

BALTHASAR de Bustamante, Ordinis Minorum Hispanus, in Sermone Capituli Provincialis Limensis, in die Visitacionis Virginis MARIE, inquit: Exurgens Que se levanta MARIA, dize el Evangelista, à levantarse en su Concepcion las entrañas de su Madre Santa Ana, donde sin caer, en un instante fue lo mismo concebida, que se levantase, oy concebiendo al Verbo se levanta tambien &c. Est sermo impress. 1651. in 4.

BALTHASAR Chavasius, Societatis Jesu, in libro de vera, perfectaque prudentia lib. 4. cap. 4. folio 999. affirmit: Quod in Virgine MARIA fuerunt omnia dona, ac gratiae cumulatio collocata, ut fieret dignum Redemptoris nostri habitaculum, &c. Lib. impress. Lugduni 1622. in 8. regali. Sed iustitia originalis enumeratur inter dona gratuita, immo fuit precipuum donum sicut gemitus. Et si iste non debeat computari in Militia, quia non est expressus, transeat.

BALTHASAR Castilionius, Clericus Regularis Congregationis Sancti Pauli Italus, edi curavit ordinem recitandi divinum Officium, in quo ad diem 8. Decembris habetur Conceptio Beatae MARIE duplex, Romæ 1601. in 8.

BALTHASAR Corderius, Societatis Jesu Belga, in Viennensi Academia Bibliorum Interpres, in 3. tom. Psalm. adducit indicem concionatorium pro die Immaculatae Conceptionis Virginis MARIE, ubi plura citat ex Patribus Graecis pro hoc mysterio. Vide ibi. Impress. Antuerpiæ 1646. in fol.

Item, tomo 2. in indice concionatorio, adducit Elencum pro Immaculata Conceptione Virginis MARIE. Vide ibi. Impress. ibidem.

Item, tomo 1. in Psalmum 45. fol. 884. columna 1. aits: Quod Beata Virgo manè dilucido scilicet in ipso primoinstanti, quo concepta viriam habuit, di vino est prestito adiuta, ne cadret in originale peccatum, &c.

Item, in indice concionatorio ad diem 8. Decembris, adducit plura pro Conceptione Beatae Virginis MARIE. Vide ibi. Lib. impress. Antuerpiæ 1643.

Item, in lib. Job elucidatus, ad diem 8. Decembris, adducit Elencum concionatorium pro Immaculata Virginis MARIE Conceptione. Lib. impress. Antuerpiæ anno 1646. in fol.

Item, in libro: Catena in S. Lucam, in festo Immaculatae Conceptionis Virginis MARIE, adducit indicem concionatorium. Impress. Antuerpiæ 1629. in fol.

BALTHASAR Elisius de Medinilla, Hispanus, scripsit librum Hispanice de Immaculata Conceptione Virginis MARIE. Impress. Marriti 1617. in 8.

BALTHASAR Gracianus, Societatis Iesu Hispanus, in libro dicto Hispanice: El Comulgatorio, capite 1. folio 1. agit latè de Immaculata Virginis Conceptione, impresso Cæcaraugusta 1655. in 24.

BALTHASAR Joannes de Balaguer, Hispanus Poëta, scripsit Poëmata de Immaculata Conceptione Virginis MARIE, ad annum 1486. & extant cum aliis apud Ferrant. Diaz.

BALTHASAR Jordanus, Doctor & Poëta Hispanus, edidit Epigramma pro Immaculata Deiparæ à peccato originali immunitate. Impress. Baëza, cum aliis 1618. in 4.

BALTHASAR Lipius, Episcopus de Portu, si-

ve Portuensis, Hispanus, in Constitutionibus Synodalibus illius Ecclesiae, titulo de Ferijs, & Jeunijs, folio 35. inquit: Item, dies Conceptionis Dominae nostræ Virginis MARIE serietur, & sciuncetur. Lib. impress. in Portuensi Civitate, anno 1541. in fol.

BALTHASAR de Moscofo, & Sandoual, Hispanus, ac S. R. E. Cardinalis, Decanus, & Patronus meus amplissimus, in Constitutionibus Synodalibus Giennensis Ecclesiae, inter festivitates observandas enumerat Immaculatam Conceptionem Dominae nostræ Virginis MARIE. Ita libro 2. titulo 11. de Ferijs, & Vigilijs.

Item, concessit indulgentias pro voto Immaculatae Conceptionis facto à Meita, & Cauña regali, ut constat ex ejus epistola, data 12. Martij, & extat in libro de ipso voto. fol. 11. Impress. 1654. in 4.

Item, scripsit Epistolam omnibus Hispaniarum Episcopis, & Prælatis, circa mysterium Immaculatae Conceptionis Virginis MARIE absque peccato originali concepta, & Missionem D.D. Francisci de Guevara, ad Curiam Romanam, pro sollicitatione ejusdem mysterij. Impress. Hispali ann. 1655. in folio, cum imagine Immaculatae Conceptionis.

Item, piffimo rescripto prohibuit, ne imprimantur Juramenta, seu vota pro defensione mysterij Immaculatae Conceptionis, absque ejus licentia. Extat impress. in charta expansa, die 15. Februario 1653.

BALTHASAR Pachecus, Ordinis Minorum Hispanus, in quatuordecim discursibus super Pater noster, petitione 4. discursu 10. cap. 2. fol. 433. ait: Quod Virgo sanctissima non habuit, ni rastro, ni imaginacion de peccato. Et pro festo Immaculatae Conceptionis Virginis MARIE, habet indicem concionatorium latissimum, fol. 67. Lib. impress. Salmanticae 1603. in 4. & 1596. & 1604.

Item, in Sermonario de Sanctis, de Immaculata Conceptione Virginis MARIE Domina nostra, habet sermones duos, impressi Salmanticae 1605. in 4.

BALTHASAR Paéz, Ordinis Sanctissime Trinitatis Hispanus, in Canticum magnum Moysis & Audire Celi, quæ loquor, Exodi 15. in festo Immaculatae Conceptionis Beatissime Virginis, habet indicem concionatorium. Lib. impress. Antuerpiæ 1619. in 4. & Ulyssipone 1628. in fol. tom. 2.

Item, in Canticum Ezechiae: Ego dixi in dimidio dierum; in festo Immaculatae Conceptionis Virginis MARIE, habet indicem concionatorium. Lib. impress. Lugduni 1623. in 4.

Item, in Commentariis super Epistolam B. Iacobii Apostoli, in festo Immaculatae Conceptionis Beatissime Virginis, habet indicem concionatorium. Lib. impress. Ulyssipone 1613. in folio parvo.

Item, in Sermonibus Septimanæ sanctæ, in Sermonne de Sepultura Domini nostri, folio 578. ait: Quod Virgo MARIA fuit preventa, præservata, atque in ea effectus passionis, & redemptoris anticipatus, &c. Lib. impress. Ulyssipone 1630. in 4.

Item, in pompa funerali Philippi II. Hispaniarum Regis, in Salutatione, agit de ipsius devotione ad mysterium Immaculatae Conceptionis Virginis MARIE. Serm. fecit impress. Ulyssipone 1611. in 4.

Item, dicitur, quod scriperit Mariale de festivitatibus, ac laudibus Virginis, in quo etiam de Immaculata Conceptione ejusdem. Ita Marrac. in Catalogo ad ann. 1640.

BALTHASAR Porrehus, Scriptor Hispanus, edidit librum sub hoc titulo: Libro de la limpia Concepcion de la Virgen MARIA Madre de Dios, y Señora

nuestra,

*nuestra*, recogido de lo que se halla escrito en favor deste mysterio, en Concilios, Papas, Revelaciones, Milagros, Iglesias, Patriarcas, Cardenales, Arçobispos, Obispos, Doctores de la Iglesia, Emperadores, Reyes, Religiones, Universidades, y Mugeres fantas, &c. Imprefl. Concha 1620. in 4.

BALT HAS AR de Roca, Ordinis Prædicatorum Hispanus, in libro : Summario de la devocion, Confradia, è Indulgenitas del Rosario de la Madre de Dios, &c. folio 84. de Indulgentia concessa à Pio IV. pro die *Conceptionis Virginis MARIE*. Lib. imprefl. Valentia 1596. in 8.

BALT HAS AR Sorius, Ordinis Prædicatorum Hispanus, in libro Sermonum de Deipara, Sanctisq; per circulum anni, à fol. 19. usque 23. habet de *Conceptione Virginis MARIE* Sermonem super illud thema : Præparavit viam ante te ; in qua dicit sequentia pro ejus immunitate à peccato : Quia igitur maximè Virgo cum Christo conversabatur, necesse fuit eam omni gratia, & virtute perfici, &c. Quamvis autem creatura omnis Deo comparata, sit imperfecta, Virgo tamen sacratissima, quæ remedium inter Deum, & hominem erat ponenda respectu hominis, debuit esse perfecta, ut nihil penitus perfectionis hominibus posset concedi, quod in ea continget non reperiuntur si Deo relata veraciter fuerit, & apparuerit creatura, comparata tamen ceteris, videretur insigne præferre Divinitatis, &c.

Item, infra : Fuit igitur Virgo præparatum Deo Mausoleum ut sanctum in carne, & sanctum in mente, ut utrique receptioni utrumque congrueret habitaculum, & nihil in Virgine Deo reperiatur contrarium. Unde Augustinus contra quinque hæretes : Quid est Manichæ, quod te permovet in mea Nativitate? non sum libidinis conceptus cupiditate, ego viam itineri meo præparavi, quæ siquidem præparatio in anima fuit secundum plenitudinem gratiæ, in corpore secundum remotionem somnis, seu concupiscentiæ, ut nulla inesset animæ culpa, nec ulla carni inesset corruptionis concupiscentia, &c.

Item, infra. Quantum ad primam conclusionem, licet hodie Virgo concepta non fuerit secundum animæ infusionem, nec secundum gratiæ sanctificationem, quæ immunis fieret à peccato, ut sancta esset antequam nata, tamen quia in hac die ad Conceptum illius parentes carnaliter convenerunt, neque enim in Spiritu Sancto fuit concepta, nec osculo (ut quidam hæreticaliter asserunt) generata, sed parentum concubitu carnali producta; ideo spiritualis Conceptionis intuitu, quæ denuò gratiæ repletur, hodie Conceptus ipsius in Ecclesia solemniter celebratur, in ipso autem incepit plenitudo gratia repperiri, quæ toto tempore legis negari habet, &c. Infra affirmat, quod habuit puritatem carnis, & plenitudinem gratiæ in anima, ut de immaculata Matre, immaculatus Filius procederet.

Item, ibidem dicit : Superne denique benedictioni præparabatur terra in hominem procreata, ex qua natura esset gloriofissima Virgo, quæ cœlesti benedictione, singulari replenda erat privilegio, &c. Qui ergo in se nihil peccati haberet, nihil habet, quo Deo repugnet, unde Deo proximum esse oportet. *Talis est Beatisima Virgo, cuius vita semper fuit immunis ab omni peccato, & inter peccatores conservata, nulli unquam fuit peccato subiecta, omnia à se peccata absolvens, nullum in se peccatum habens, nulli unquam peccato consentiens, &c.* Et post aliqua prosequitur: Hoc dilu-

vium, scilicet inundatio peccatorum, omnes contingit in hoc mundo viventes, quia si dixerimus, quia peccatum non habemus, veritas in nobis non est. 1. Joan. 1. Virginem autem contingere non potuit, quoniam peccatorum flatus calcavit; unde Augustinus, in lib. de natura, & gratia : Excepta ergo Sancta Virgine, si omnes Sancti, &c. In Conceptione autem Virginis ceperunt cantus passerum, id est, Prophetarum innotescere, & impleri; unde quod sub Prophetis, atque figuris quondam fuit occultum, oriente Virgine ceperit fieri manifestum, &c. Lib. impress. Dertusæ 1538. in 4.

Item, libro contra leprosum blasphemias, contra cundam blasphemiam, scilicet, quod S. Joseph fuit sine peccato originali conceptus, in protestatione, capit. 1. inquit : Itaque hostili hac callicitate inspecta, aperte protestamus & dicimus, nihil contra Virginis nos machinari Conceptum, aut aliquid quoniamlibet parvum persuadere, quod Deifica Virgo parsimonia suscipitur peccatum concepta traxisse; cùm enim fidelium deuotionem toto pœnè jam orbe diffusa, quam Ecclesia sancta non reprobatur, sed de hanc illam damnantes, meritò prodidit esse damnandam quod pro pace Ecclesia ab ea permititur, si improbe ab aliquo non reprobatur; unde nec merario ausu Apostolicis sanctionibus contradicere, nec illius decretis obesse, nec æquum diuinum simplicem deuotionem fidelium impugnare.

Item, cap. 2. cuius titulus est : Quod Joseph electus peccato originali conceptus, si apud omnides leiles hæreticum, inquit : Ob hoc quidem fidicium pro deo congruentiam conceperit Virginici adhuc non suspectum originali, dicit eam divina gratia munere esse prestatam, & à peccato in sua Conceptione præservatam, quia Dei Mater erat electa, tabernaculum Christi futura, templum Dei facta, ubi needum per gratiam inhabitaret, sed de ejus utero carnem assumens, intra ejus viscera corporaliter requiesceret, uticut corpus Christi in ea novo ordine, sic quoque ei sancta nascetur radice. Resolute omnia dicta cunctorum huic devotioni innitentum, & si quid aliud reperies, adjice, nihil enim aliud hac tenus est præsumptum, nihil & hac tenus suspicatum, nisi quod ideo dicitur, à peccato in conceptu fuisse immunis, quia Dei filius esset ex purissimis ejus sanguibus, &c. Deinde capite 3. proponit : Quod si aliqui fuissent præservati ab originali, maxime sufficiunt parentes Virginis, & qui in Christi genalogia continentur. Et cap. 4. Quod minus videtur obviare Scriptura, Joannem Baptistam esse ab originali præservatum, quam Joseph, licet utrumque repugnet. Et cap. 5. Quod lumine Fidei manifestum est in Fide Catholica, Joseph esse in peccato originali conceptum. Et cap. 6. Quod ex eo concludit Apostolus, Joseph in peccato conceptum cum ceteris, quia Christus est mortuus pro omnibus. Et cap. 7. Quod ex verbis Apostoli, quibus Christus dicitur Mediator, Joseph aperte dicitur fuisse peccator. Et cap. 8. Quod Apostolus non admittit distinctionem in hujusmodi. Et cap. 9. Quod Joseph apertere videatur in peccato conceptus, quia vere fuit Domini nostri Passione redemptus.

Item, capite 10. cuius titulus est : Quod redemptio præservativa per Passionem Christi à peccato originali in nobis, determinatione Ecclesie adferatur, ait : At, inquit, reprobanda non est illa redemptio, quia redempta dicitur esse Beata Virgo, ut pariter asseratur redempta, & ab originali trans-

transgressionis incursum divinitus præservata. Ego mihi rectius cum Ecclesiæ Fide suadeo, non huiuscemodi fictione redemptio moveri sacrosanctam Ecclesiam, devotionem Virginalis Conceptus non reprobantem, sed suadentem; cùm ea redemptio antiquissima Fidei fundamentis, & ipsius Ecclesiæ apertissimè aduersetur decretis. Si Ecclesia S. teneret, si permittit, si non reprobat Dei Genitricem Virginem sanctam à peccati contagio frusse immutem, non propterā falso Christi singit humani generis redemptionem, nec ideo afferit præservatam, quæ ex præservatione dicat eam exterris esse redemptam, aliunde habet, si hoc habet, &c. Hæc sunt, quæ in toto illo libro invenire potuit de Conceptione Virginis nam postea cap. 11. dicit: Quod non dubitet Fides Catholica. Joseph esse in peccato conceptum. Et 12. Quod Ecclesia non illuminatur contra ea, quæ divinitus sunt ipsi per sacram Scripturam ostensa. Et 13. Quod testimonii veteris Testameti convincitur. Joseph esse in originali conceptum. Et 14. Quod Salvatoris sententia, liquet Joseph medico indiguisse. Et 15. Quam validissime Augustinus, acriterque invehitur in hunc errorum. Et 16. Quod mors Joseph aperè innuit, in peccato esse conceptum. Deinde 17. est epilogatio omnium præmissorum, & finis tractatus. Lib. impress. Valentinæ 1511. in 4.

Item, hic Auctor in suo Mariali habet de Virginis Conceptione sermones quinque à fol. 1. usq; 28. in quibus præcipue propositiones pro materia eiusdem Immaculate Conceptionis, sunt sequentes. Sermones primo ait: Cùm ergo nullus actus Virginis fuerit malus, è quid nunquam peccatum commisit, nec bonum aliquod, quod agere teneretur omisit; &c. In hodierno resto Conceptionis illius admiratur Ecclesia, videns eam in mundum introeuntem cum tanta perfectione, & pulchritudine, quantum nefavit unquam ipsa natura, &c. Porro sicut non ea necessitate factum est, ut Dei Filius de sancta feminâ, & matre purissima nasceretur, quin de communi, & peccatrice nasci potuisset, ut argumentatur Anselmus; sed quia decebat, nempe ipso testante, & decens erat, ut Virgo ipsa eâ puritate niteret, quâ sub Deo major nequit intelligi; sic quoque decebat, ut de pulcherrima Matre speciosus formâ nasceretur, cuius pulchritudine major in natura non posset reperiri; &c. Utramque autem pulchritudinem, & corporalem, & spiritualem, oportuit representari in Virgine, quæ totius imaginem gessit Ecclesia, &c.

Item, Sermones secundo: Secunda conclusio; plenitudinem gratiae, quam lex nunquam habuit, prima omnium Virgo in primordio sua Conceptionis obtinuit, &c. Et sic comparatio magis congruit huic proposito, ut in principio creationis gratia inessest Virginis, si conformitas exordij Virginis debeat adaptari; quia si etiam homo & Angelus sine gratia creari essent in eis, sic Ecclesia minimè inchoasset, &c. Vellus autem de carne trahitur, sed carnis pinguedine, & passionibus non inficitur, & Virginalem designat uterum, de carnis propagine propagatum, sed carnis matulis non infectum, &c.

Item, Sermones tertio: De stabilitate etiam gratiae patet, quod cunctos excesserit, cùm magis à contrario gratia, scilicet peccato immunit existerit, utpote quæ nullum profus in se admisit peccatum; quod Augustinus, lib. de natura, & gratia tractans, sic inquit: Omnes Sanctos, &c. uique, quem constat nullum habuisse peccatum, &c. Beatissima autem Virgo in via facta est per gratiam impeccabilis; nec tamen impeccabi-

litas ejus meritum diminuit, &c. Clatidi ambulant, quia progressa est hodie Virgo sine claudicatione. Cantic. 7. Quam pulchri gressus tui in calceamentis Filia Principis! Leprosi mundantur, quia Beataissima Virgo in mundum egressa est sine carnis concupiscentia, & totius corporalis, & spiritualis immunditiae macula.

Item, Sermones quarto, inquit: Secundò, ex collumnis argenteis, in quibus designatur puritas animæ, & interioris hominis, quia proculdubio anima ejus plena fuit gratiæ septiformi Spiritus Sancti. Argentum istud fuit purissimum, nullius peccati rubigine deformatum.

Item, Sermones quinto, ait: Primo per omnimum à contrario puritatis recessum, quia in se nullum admisit peccatum. Sed si sola negatio peccati attenditur, & peccati immunitas, cùm nec Angeli, nec Beata Virgo peccatum admiserint, negatio autem non sufficiat maius, & minus, effet hinc inde puritatis excessus, &c. Adam, & Eva, quinimo & Angeli apostatae nihil somnis habuerunt, sed ad gradum Virginæ puritatis in recessu à peccato non pervenerunt; neque ipsis quidem tantum, quos culpa redidit à specie Creatoris totius speciei deformes, sed nec illi Beati Spiritus, qui semper Deo fuerunt conformes, &c. Lib. impress. Detur 1518. in 4.

BALTHASAR de Torres, & Salto, Canonicus Ecclesiæ Hispanensis, Hispanus, in Sermones ad illa verba: Beati pauperes spiritu, & ad illa: Ego sum Pastor bonus. fol. 14. sic inquit: El segundo fuerte es la Concepcion purissima de la Virgen, soberana Madre de Dios, y Señora nuestra, &c. ubi latè agit de hoc mysterio. Serm. impress. Hispali 1624. in 4.

Item, in Sermone funerali D.D. Imperatoris Matthei, &c. inquit: La Immaculada Concepcion de MARIA soberana sin macula, ni sospecha de peccado original, &c. Serm. impress. Ulyssipone 1619. in 4.

Item, in Sermone funeralis pompa Philippi III. Hispaniarum Regis, folio 33. agit de ipsius devotione, circa mysterium Immaculatae Conceptionis Virginis MARIAE. Impress. Hispali 1621. in 4.

Item, in Sermone funerali D. Eleonoris Bezerre, ad illa verba: Hæc est autem voluntas, &c. in salutatione, ait: Quod Virgo MARIA fuit concepta absque peccato originali. Impress. in S. Jacobo Compostellæ 1617. in 4.

BALTHASAR de Zepeda, Hispanus, edidit Testimonium litis Immaculatae Conceptionis Virginis MARIAE, &c. Poëma. Hispali 1616. in 4.

Item, edidit aliud Poëma; sub hoc titulo: Testamento, y ultima voluntad de un fiel devoto, y piadoso, acerca del sacroáncto misterio de la Immaculada limpieza de la Concepcion de la Virgen Santissima; à cuyo exemplo los devotos de esta soberana Señora le deveni imitar, &c. Impress. Hispali 1617. in 4.

Item, in Lunario, y Pronostico general de las verdades, que sucedieron en el año de 1617. circa de la limpieza de la Concepcion de la Virgen MARIA, &c. Impress. ibi eodem anno.

Item, edidit aliud Poëma sub tali titulo: Letra curiosa al intento de la Immaculada Concepcion, &c. Et incipit: Lo que dicen del peccado. Impress. Hispali cum aliis.

BAMBÀ, seu Wamba, Rex Hispanorum Gothus, quidquid S. Isidorus à Concilio Toletano XLI edocetus, de Ecclesiasticis officiis, finatè vero de solemnitate pure Conceptionis, tam in Missali, quam in Breviario dispuauerat, serio, & constanter constabiliuit.

bilivit. Verba sunt Joannis Antonij Velazquez, libro 4. de MARIA Immaculatè Concepta, dissert. 10. adnot. 1. num. 7. fol. 375. Vide Petrum de Oxeda, in Informatione, cap. 8.

Item, observantissimus fuit festivitas purissime Conceptionis Virginis MARIE, &c. Marrac in Reg. Marian. fol. 33. ex Aegidio Lusitano, lib. 3. quæst. 6. fol. 384.

**BANDINUS** Metlici, Theologus doctissimus perveritus, in quatuor lib. Sent. tract. de Incarnat. fol. 301. inquit: Christi autem caro non fuit peccatrix in Christo, hoc est, alieni peccato obligata, quia ex carnis delectatione nostra non est, nec postea peccavit; fuit vero peccatrix in Matre, sed superveniente Spiritu Sancto, tota mundata est; quoniam (erat Augustinus) ipsi Matre ex tunc collatum est sic devincere peccatum, ut ei soli inter omnes sanctos non conveniat illud: Si dixerimus, quia peccatum non habemus, ipsi nos seducimus, &c. lib. recognito, & typis mandato a Benedicto Celidonio Abate Vienna ad Scotos, impresso Lovanij 1557. in 8. Vide de hoc in Sole Veritatis, class. IX.

**BAPTISTA** de Castiglione, Ordinis Minorum Mediolanensis, edi curavit Questionem de Conceptione Beatae Virginis MARIE Francisci Lycheti, ut videre est in lib. impresso Parisijs 1520. in fol.

**BAPTISTA** Fanetius de Ferraria, Ordinis Carmelitarum Italus, scriptit sermonem de Conceptione Immaculatae Dei Matris MARIE, quem citat inter Carmelitanos Daniel Agricola, in Corona Conceptionis, fol. 175. & Joannes a S. M. in supplici libello, fol. 331.

**BAPTISTA** Fanti, Ordinis Carmelitarum, in suo Sermonario, serm. 18. sub hoc titulo: de Puritate Beatae MARIE, in Nativitate, Purificatione, ac Conceptione, in prima conclusione, ait: Quod MARIA fuit absque originali. Lib. impress. Bononiæ 1506. in 4.

**BAPTISTA** de Ferraria, Ordinis Minorum, in 3. lib. Senten. dist. 3. quæst. 1. scriptit de Immaculata Conceptione Virginis MARIE. Sic P. Salazar, & Leon, class. 9. Joannes Eusebius, in lib. Excep. fol. 519. Pistoia, fol. 158. num. 72.

**BAPTISTA** Fiera, Mantuanus Medicus, de Conceptione Virginis Deipara. Librum unum Venetijs excusum, secundum Gelnerum. Vide Marrac, in Biblioth. tom. 1. fol. 186. Pistoia corona 2. cap. 8. fol. 226.

**BAPTISTA** de Genoua, Monialis, & Canonica Regularis Lateranen. in libro dicto: Opera Spiritualia, in tribus tomis divisa, tom. 2. cap. 16. fol. 161. Quod B. Virgo MARIA gaudens semper Angelica natura, tantam accepit gratiam, ut semper postquam fuit creata, & confirmata in ea videbit faciem Patris: Ita tibi maria non est stata machia da peccato, &c.

Item, tom. 3. cap. 8. Quod totaliter fuit B. Virgo Deo plena magis, quam dici & capi potest. May per un solo instanti non ando nelle tenebre, non potendo quella felice anima in niuna minima culpa incorrere. Et ad marginem habet: MARIA may in culpa non incorse. Lib. impress. Venetiis 1588. in 4.

**BAPTISTA** Mantuanus, Ordinis Carmelitarum Prior Generalis, Italus, de Conceptu Virginis MARIE in utero Sanctæ Anne Poëma doctum, latum, & eruditum, in Parthenices 1. libro 1. à folio 1. usque 9. impress. Antuerpiæ an. 1579. & Compluti 1528. in 4. & 1576 in 8.

Item, de Immaculata Conceptione Virginis, Poëma al-

terum, in libro 12. de Sacris diebus, ad diem 8. Decembris, impress. ibi, & Compluti 1507. in 8. & Lugduni 1516. in 8. & alibi.

**BAPTISTA** Platina, Cremonensis Italus, in Scoto IV. Pontif. Max. de Tractatu Conceptionis Beatæ Virginis MARIE ab ipso Summo Pontifice, aucto Francisco de Ruvere vocato, edito, ut videre est in lib. impress. Parisijs 1530. in 8.

**BAPTISTA** A Trovamala, sive Nouamala, Ordinis Minorum Italus, in summa dicta: Rosella, verbo Festum, folio 187. col. 3. de festo Conceptionis Beatæ Virginis MARIE, & quod præservata fuit à peccato originali, lat. Lib. impress. Venetijs 1499. in 8.

**BAPTISTA** Valentinus, Italus, & Episcopus de Peña, in officio gloriose Virginis, agit de ejus Immaculata Conceptione absque peccato originali, impress. Romæ 1618. in 4. & sparsim in eodem libro, particuliæ super Magnificat, fol. 163.

**BARBARA** Amigo de Carrion, feminæ Hispanæ, edidit glossam pro Immaculata Dei Matris Conceptione, ut videre est apud Sanct. Zapata, libro de Conceptione, fol. 138.

**BARNABAS** de Gambellara, Ordinis Minorum Italus, de imagine Immaculate Conceptione erecta in horologio Mantuanæ, de recitando horario; atque de Conceptione Immaculata ejusdem Virginis MARIE, relationem latissimam manu scripsit, quæ apud me habeo.

**BARNABAS** de Herrera, Hispanus Poëta, scriptit Hieroglyphicum de illibata Virginis MARIE Conceptione; & extat cum aliis in libro Sancti Zapata, folio 146.

**BARNABAS** Kearneus, Cæsarenus Hibernus Societas Jesu, in libro dicto: Heliotropium, a fol. 835. adducit Concionem primam, pro Immaculata Virginis Conceptione, sub themate: Sapientia edificavit sibi domum, usque ad fol. 862.

Item, in eodem libro, super illa verba: Domum tuam Domine decet sanctitudo, a fol. 862. usque 882. adducit aliam Concionem de Immaculata Virginis Conceptione. Lib. impress. Lugduni anno 1622. in 8.

**BARNABAS** de Maturæ, Societas Jesu Hispanus, in festivitatibus, & octava purissima Conceptionis Virginis celebrata, in insigni Conventu S. Francisci Salmanticensis, Sermonem impress. ibidem 1619. in 4.

Item, idem de eadem Immaculata Virginis MARIE Conceptione, Sermonem alterum impress. ibidem.

**BARNABAS** Verges, Doctor Hispanus, in libro dicto: Norte Spiritual, ad diem 8. Decembris, Indulgentiis Ecclesiæ Urbis, in die Immaculatae Conceptionis Virginis MARIE. Impress. Romæ 1630. in 12. folio 253. inquit: Este dia le celebra la fiesta de la Immaculada Concepcion de nuestra Señora, con la infraescrita Indulgencia en Santa Maria la Mayor, del Populo, de la Minerua, de Loreto, de la Rotunda, en Trevio, de Campocales, del Horto, en San Lorenzo en Damafo, San Pedro in Vaticano, en la Trinidad de Ponte Sixto, en S. Pablo fuera de los muros, en San Basilio, en Santa Barbara, en Santa Maria de Campo Marzo, y en Santa Cruz a Montecitorio; en todas las sobredichas Iglesias este dia se gana Indulg. plenaria, &c.

**BARTHOLOMEUS** N. Doctor antiquus, scriptit opus sanè eruditum appellatum: Florarium, in quo discurrit per omnes materias, & fol. 150. de MARIA Virgine, inter alia quam plura, inquit: Propterea

Propterea versificator ait: His brevibus verbis plenè laudatur MARIA, omni labore caret, omnia laudes habet. Et infra: Ab omni immunditia & malitia purissima fuit. Lib. manuile in Rubra Valle propè Bruxellæ in fol. BARTHOLOMÆ US Angelus de Neapolí, Ordinis Prædicatorum Italus, in libro: Rosario della glorioſa Vergine MARIA, in tractatu de Indulgentiis, folio 83. ad diem 8. Decembris; de Indulgentiis in festivitate, ac die Conceptionis, & per totam octavam. Lib. impress. Florentiæ 1604. in 12. Vide etiam librum de Consolatione penitentis, impress. Venetiis 1617. in 8. de Indulgentiis concilis pro die Conceptionis.

BARTHOLOMÆ US Apostolus, Sanctus, ac Christi Domini Discipulus, natione Galileus, ut refert in eius vita Anonymus Philetus Eusebianus, cap. 2. fol. 54 à tergo, postquam plura de Beata Virgine dixerat, tandem sic concludit ad Polymium Regem: P̄inus ergo homo Adam dictus est, hic de terra factus est, terra autem, ex qua factus est, Virgo fuit, quia nec sanguis humano polluta fuerat, nec ad sepulturam alicuius mortui fuerat adaptata; par ergo erat, ut dixi, ut qui Filium Virginis vicerat, à Filio Virginis vinceretur, &c. Terra Damascena, à qua Adam, duplēcē habuit prærogativam, & virginitatis, & integratatis, sive impolluta fuerat à sanguine humano, & à sepultura mortui, id est, à culpa, & peccato primogenito. Terra Mariana, à qua secundus Adam Christus, & fuit intacta, & fuit immaculata, & fuit Virgo corpore, & mente, Virgo in Conceptione activa, Virgo mente in Conceptione passiva, id est, non polluta per culpam, seu peccatum ullum.

BARTHOLOMÆ US de la Bella, Ordinis S. Dominici Italus, in libro: Mariale perfettissimo delle feste ordinarie, & extraordinarie della gloriosissima Vergine MARIA Madre di Dio, &c. composto lingua Hispanicâ, à Christophoro de Avendagno Carmelitano; deinde traducto Italice à prædicto Auctore, de solemnitate purissime Conceptionis Virginis Domina nostræ, Sermonem unum, à fol. 1. usque 23. Lib. impress. Venetiis 1633. in 4.

BARTHOLOMÆ US Caiasco de Figueroa, insignis Poëta Hispanus, in lib. Templo militante, Flos Sanctorum, y Triumphos de sus virtudes, parte 4. in solemnissima festi ritate Immaculatae Conceptionis Domine nostre, in qua poëmate primo agit de ejus præservatione, deinde de historia Conceptionis; & in principio habet imaginem Immaculatae Conceptionis, que omnia reperies à fol. 211. usque 217. Lib. impress. Ulyssip. 1615. in fol.

BARTHOLOMÆ US de Caravias, Ordinis Minorum Hispanus, de Immaculata Conceptione Virginis MARIE, sermonem unum, impressum Salmantice 1619. in 4. & fortè est iste, quem Antonius Daza, cap. 6. folio 49. vocat Bartholomæum de Covarruyas.

BARTHOLOMÆ US Caro, Hispanus Poëta, edidit Glossam pro Immaculata Conceptione Dei Matris MARIE. Impress. in libro Concep. Sanctij Zapata, folio 133. & aliud Poëma folio 166.

BARTHOLOMÆ US Carranca, Ordinis Prædicatorum, Archiepiscopus Toletanus, in Summa Conciliorum, & Pontificum à Petro uique ad Paulum III. succinctè complectens omnia, que alibi sparsa sunt, loquens de Concilio Basilienti, fol. 399. inquit: Haec tenus difficultis questio in diversis partibus super Conceptione ipsius glorioſe Virginis MARIE Matris Dei, & exordio sanctificationis

ejus facta est, &c. Nos diligenter inspectis auctoritatibus, & rationibus, que iam à pluribus annis ex parte utriusque doctrinæ allegatae sunt, aliquæque etiam plurimis super hac re visis, & matura consideratione pensatis, doctrinam illam differentem gloriosam Virginem MARIAM, præveniente, & operante divini Numinis gratia singulari, numquam actualiter subiacuisse originali peccato, sed immunem semper fuisse ab omni originali, & actuali culpa, sanctamque, & Immaculatam, tamquam piam, & consonam cultus Ecclesiastico, Fidei Catholice, rectæ rationi, & sacra Scriptura, approbandam fore, tenendam, & amplectendam diffinimus, & declaramus; nulliç de cætero licitum esse in contrarium prædicare, seu docere; renovantes præterea institutionem de celebranda sancta ejus Conceptione, quæ sexto idus Decembris antiqua, & laudabili consuetudine celebratur. Hic fuit prædictus Bartholomæus, & nihil amplius. Lib. impress. Venetiis 1516. in 8. & alibi.

Item, in libro Hispanico, cuius titulus est: Commentarios del Reverendissimo Señor Fray Bartholome Carranza de Miranda Arzobispo de Toledo, &c. sobre el Catechismo Christiano, divididos en quatro partes, &c. las cuales contienen todo lo que profesamos en el Santo Bautismo, como se vera en la plana siguiente, folio 404. inquit: Lo segundo, que todos los que vivimos en esta vida somos peccadores en la presencia de Dios, y por tales nos havemos de conocer y cõfesar: porque no ay nadie que se tenga por limpio en todo; por ventura abra algunos que en el juicio humano sean justos, pero en el juicio Divino ninguno ay tan justificado que no tenga alguna deuda que pagar; deſto nos amonestó S. Juan diciendo: si dixeremos que no tenemos pecado nosotros mismos nos engañamos, y no ay verdad en nosotros. La Escritura dice en otra parte: Quien puede decir limpio esta mi corazon, y yo limpio esto de pecado? y en otra parte: No ay hombre que no peque; en esta regla general no se entiende nuestra Señora la Madre de Dios, como lo dicen, y declaran los Santos, y la Iglesia, pero no se puede exceptuar otra persona, &c. Lib. impress. Antuerpiæ anno 1558. in fol.

BARTHOLOMÆ US Cluniacensis, in Sermib⁹ de tempore & Sanctis, qui incipiunt: Quām jucundè videbit æternum Dei Tabernaculum, &c. Sermone de Purificatione S. MARIE, qui est sub themate: Postquam impleti sunt dies purgationis, &c. inquit: Videtur, dilectissimi Fratres, purgatio MARIE, magnum quoddam arcanum significare; & (ut verbis Originis utar) sentio grande in his verbis esse nescio quid, & tale quod nullus Auctorum exenteravit, quibus refertur intemerati pudoris purgatio, & ipsam purgari, que nullatenus potuit purgari, quippe non habens maculam, neque rugam. Nam tota pulchra es amica mea, & macula non est in te. Vide ibi plura alia, &c.

Item, in Sermone de Annuntiatione, qui incipit: Ave MARIA gratia plena, Dominus tecum, &c. Salutatio ista quanto est plenior, &c. sic inquit post medium: Pietas vero Filii Marem suam ab omni pulvere, offensionis voluit esse immunem, nec eam permisit qualicumque te cui aura jaclari. Unde B. Augustinus in libro de Natura & gratia, Salvatoris Matrem dicit sine peccato confiteri, necessari esse pietati: De qua inquit, &c. & adducit auctoritatem L. S. Augustini

S. Augustini explicando illam pro omnimoda gratia Virginis. Hic liber est M. S. in Monasterio S. MARIAE Dunarum Brugis, in 4. classe 6. num. 64.  
**BARTHOLOMÆUS** Cucala, Hispanus, & Magister Theologus, in libro dicto: Baculus Clericalis, folio 45, in Oratione ad B. Virginem, inquit: Pues todo quanto ay en vuestra Magestad, es gracia, pureza, caridad, y inocencia, &c. Lib. impress. Cesarangusta 1547. in 4.

**BARTHOLOMÆUS** DiazGiral, Hispanus, ac Judex Ecclesiasticus Metropolis Hispalensis, fecit informationes juridicas contra aliquos afferentes Virginem MARIAM fuisse Concep. am in peccato originali; quæ cum aliis 26. fuerunt typis mandata Hispani anno 1615. in folio.

**BARTHOLOMÆUS** de Escobar Hispanensis, Societas Jesu, in libro Concionum super omnes Beatae Virginis Deiparae MARIA festivitates; de Immaculata Beatae Virginis Conceptione Sermones octo pro hujus festivitatis octavario, super librum generationis Iesu Christi, &c. incipiunt: Cum invictissimus Macedo, à fol. 1. usque 194. impress. Parisijs 1624. in 4. Extant etiam sermones isti scilicet imprelli in libro Hispanico, sub hoc titulo: Libro de la Generacion de Iesu Christo nuestro Señor, y de su Madre Santissima Señora nostra, reverenciado en ocho sermones, a cerca de ocho partes del libro, para los ocho dias del octavario de la purissima Conceptione de la Reyna de los Angeles. Lib. impress. Ulyssipone 1622. in 4. & incipiunt sermones: Quando el invictissimo Alexandro.

Item, quod Beata Virgo MARIA immunis fuit ab Eva peccato, & redempta, sed cum differentia, quod reliqui a peccato contracto, MARIA vero præservata virtute Crucis Dominicæ, &c. in tom. Quadragesimali, serm. 6. de dilectione, fol. 140. Impress. Lugduni 1617. in 4.

**BARTHOLOMÆUS** Ordinis Minorum Gallus, sustinuit actu publico in domo Minorum Parisien. sub præside R. P. Damiano Renault Baccalaureo Parisiensi ejusdem Ordinis, die 2. Septembris anno 1661. Beatanam Virginem MARIAM non contraxisse peccatum originale, vallatam a momento Conceptionis fortis muro puritatis, nec debito contrahendi culpam fuisse obnoxiam, &c. late. Impress. eodem anno in charta expansa.

**BARTHOLOMÆUS** Feltrensis, Ordinis Minorum Italus, octo rationibus a se excogitatis aggressus est Vincentium Bandellum pro Immaculata Virginem MARIE Conceptione, in celebri controversia habita Ferraria, ipsaque adducit ipse Bandellus in suo opere 1. & 2. de Conceptione, à fol. 100. usque 109. Lib. impress. 1502. in 4.

**BARTHOLOMÆUS** Ferrariensis, Inquisitor Italus Ord. Prædicatorum, in lib. de Christo Iesu abscondito pro solemnitate corporis eius, &c. lib. 2. fol. 72. comparans gratiam Deiparae cum gratia Christi, inquit: Primus gradus est respectu sui ipsius, & sic dicimus, quod fuit prima gratia in materno utero, in proprio utero, in coelstis paradisi utero, &c. Post aliqua, inquit: Ecce quomodo habemus declarationem huius quintæ prærogativæ, in qua declaramus, quod sicut nullus fuit sanctior Christo, id est mundior, si nullus fuit post Christum mundior B. Virginem. Sed quoniam quidam piè moti, & cum reverentia gloriosa Virginis afferunt, quod sicut Adam, & Eva in statu innocentia procreaverint filios cum originali iustitia; sic Virgo gloria per sanctificationem in utero: unde volunt, quod gratia sanctifi-

cationis id operetur in Virgine, quod donum originalis iustitiae in Adam & Eva, ut recitatur par. quæst. 27. art. 3. in medio, & hoc volunt quantum ad moralem remotionem fomitis, ideo ad hujus declarationem: Quæ fuit maior munditia, an munditia Eve in statu innocentia, an munditia Virgini in statu sanctificationis? ut autem id clarus elueat, dicam particulariter dona innocentie & dona gratiarum sanctificationis, &c. Et postquam latissime ista explicat, inquit: Unde dixit illi Angelus: Ave gratia plena, & verè gratia plena, scilicet sanctificationis. Plenarientia maternitatis, namque in utero materno fuit preparata ad filij Dei maternitatem, &c. Secundò declaratur ejus sublimitas paritate: quoniam in utero materno adest est puritatem ad bonum. Venetiis 1555. in 8.

**BARTHOLOMÆUS** Gavanto, Congregatio Clericorum Regularium S. Pauli, Italus, de fiducia Immaculatae Conceptionis Virginis MARIE, de ejus institutione, &c. in Commentarij supra rubricas Missalis, & Breviarij Romani, scđt. 7. cap. 2. de festis Sanctorum mense Decembri. Lib. impress. Roma 1628. in fol.

Item, elaboravit, & disposuit officium pro infra titula: Conceptionis Beatæ Virginis MARIE, quod fuit approbatum Rituum Congregatione approbatum, ut dicatur in octavario Romano; Neapoli 1628. in 8.

**BARTHOLOMÆUS** Giaccheta, Clericus Italus, in libro: Modo è pratica de visitare, è consolare l'infirmi, & aiutarli al ben morire, fol. 44. inquit: La Beata Vergine se chiama MARIA, che in altro modo vol dire illuminata, è non senza divina dispositione gli fu imposto questo nome: per che Sanctissima Trinità dal primo instante della sua conceptione rempi MARIA di gratia, in maniera tale, che diede più gratia a lei, che a tutti gli Angeli, è Sanctissima, &c. Lib. impress. Neapoli 1636. in 12.

**BARTHOLOMÆUS** Guerrero, Ordinis Minorum Hispanus, edidit tractatum inscriptum: Expositio in controversiam, de Immaculata Virginis Conceptione, breviter, & copiose ambiens omnia, que Sancti Patres, & Doctores usque adhuc scripserunt. Lib. impress. Matriti 1620. in 4. cum imagine parva Immaculata Conceptionis, cuius unica conclusio totis operis est: Beataissima Virgo Mater Dei, in primo sue Conceptionis instanti fuit sanctificata, & ab originali peccato immunis.

**BARTHOLOMÆUS** de Latona, Ord. Minorum Hispanus, in quadam epistola scripta Reverendissimo P. Generali totius Ordinis, circa divisionem Provinciarum Philippinarum, fateretur Virginem MARIAM Dei Matrem fuisse conceptam in gratia & gloria, &c. quæ epistola est in mea Bibliot. Item, in Sermone de S.P.N. Franciscio, §. 2. de pura Virginis MARIE Conceptione, &c. impress. in Civitate Mexicana. ann. 1652. in 4.

**BARTHOLOMÆUS** à Ledesma, Ordinis Prædicatorum Hispanus, & Episcopus Guaxaquensis in Indijs, in lib. dicto: Summarium, sive de Sacramentis in genere, tract. de Baptismi Sacramento, difficult. 13. folio 146. inquit: Nec tantum Apostolos Baptismum Christi suscepisse tenendum est, verum etiam rationi multo consonantius est; & ut prius tenendum Beatanam Virginem, est non ut primam gratiam recipere, quia ab instanti Conceptionis illam habuit, ut tamen charactere Baptismali, & Christiano insegnaret, quo fieret membrum Ecclesie, fuisse baptizatum, & ita pote tenendum est, &c. Lib. impress. Salmantice anno 1585. in fol.

BAR-

BARTHOLOMÆUS Leonardus de Argensola, Hispanus Poëtaceleber, in suis operibus, folio 365. habet Cantionem de purissima Concepcione Virginis MARIE Domine nrae, & incipit: A todos los Espiritus amantes. Lib. impress. Cælaraugustæ 1534. in 4.

BARTHOLOMÆUS de Loaysa, Ordinis Carmelitarum Hispanus, de Immaculata Concepcione B. Virginis Regine cælorum, absque nro peccati originali, triumphum. Lib. impress. Hispali 1616. in 4. incipit: Vno de los amorosos, &c.

Irem, idem de eadem Virginis MARIE Concepcione absque macula peccati originali, triumphum alterum, impress. ibidem, & incipit: Aunque es cierto, &c. Et sunt opnes discursus modo concionatorio.

BARTHOLOMÆUS de Medina, Ordinis Predicatorum Hispanus, in 3. part. D. Thomæ Art. 2. q. 27. in Comment. litteræ, folio 347. inquit: Partem affirmativam hujus quætionis probant argumenta sequentia, &c. Primum argumentum, &c. Tertiò, idem demonstratur ex sententia omnium Sanctorum: Universi enim Sancti approbant universales fidei regulas superius cōmemoratas, excipientes solum Dominum ab originali peccato, & quamplurimi illorum expresse & distinctè dicunt Beatam Virginem in originali peccato fuisse conceptum. Ambrosius, Augustinus, Chrysostomus, Fussebius, Remigius, Maximus, Beda, Anselmus, Bernardus, Erasmus Episcopus & Martyr, Sancti ex Ordine Minorum tres, Antonius Paduanus, S. Bernardinus, D. Bonaventura. Ex Ordine Prædictorio item tres, D. Thomas, S. Vincentius, D. Antonius, Sententias istorum Patrum fidelissime referunt Caetanus, in tractatu de Concepcione Beatae Virginis, cap. 4. Cano, lib. 7. de locis, cap. 1. Vincentius Bandellus, tractatu de Concepcione, cap. 8. His Sanctis Patribus confessit verus omnis Theologorum Schola cum Magist. in 3. dist. 3. Sed & prædictus Vincentius, diligentissimus Auctor, in opusculo prenotato, cap. 22. refert quatuordecim Doctores ex Ordine Cisterciensi, idem sentientes, & in cap. 24. refert ex Religione Ordinis Minorum duos supra triginta, & in cap. 25. ex Ordine D. Augustini numerat quindecim, idem proorsus decernentes. Ex Ordine Carmelitarum enumerantur viri doctissimi, Guido, & Paulus de Perusio, & in cap. 28. ejusdem opusculi recenset Sanctos Pontifices, Innocentium II. Innocentium V. Clementem VI. idem credentes: libet tamen, &c.

I. CC. Hæreticum dogma est: si quis dixerit Beatam Virginem sic fuisse à peccato originali præservatam, ut nihil illius incurreret, &c.

II. CC. Si sit sermo de macula peccati originalis, utraque propositio est probabilis, & sine errore utrinque defendi potest, videlicet, quod fuerit mundata, & sanctificata à peccato originali, & quod non fuerit mundata, sed præservata, &c. Sed circa conclusionem aliquor dubitationes breviter sunt explicanda. Prima est: Utrum expediat definire alteram partem? cui respondit Caetanus in opusculo jam prænotato, non expedire, immo non posse Ecclesiam definire, quod Beata Virgo fuerit à peccato præservata, cum de hac re nulla sint Scripturae authenticae, aut revelationes antiquæ; Ecclesia enim in definiendis rebus fidei, non utitur novis revelationibus, sed utitur testimoniis sacre Scripturae, & Sanctorum Patrum, &c.

2. Dubitatio est: Utrum sit de fide, quod utraque

pars probabilis sit, &c. non est de fide, quod utraque pars sit probabilis, &c.

3. Dubitatio est: Nam si utraque opinio est probabilis, consequens est, ut qui alterutram partem determinatè sequitur, & certò adorat Conceptionem Immaculatam Beata Virginis, exponat se grandi periculo erroris; nam fortassis adorat id quod falsum est, unde videtur non esse colendam absolvit Immaculatam Virginis Conceptionem, sed sub conditione, si vera est. Quemadmodum, qui rationabiliter dubitat, num hostia sit consecrata, non debet illam adorare determinatè, sed sub conditione.

III. CC. Ad hoc dicendum est, quod nullus sit error, nec speculatorius, nec practicus in celebrando Conceptionis festo, securissimus modus est celebrare illud punctum, in quo justificata est, plenitude gratia decorata, abstinendo, an sit concepta cum peccato originali; ne nè, &c.

4. Dubitatio petit: Quæ itarum opinionum verior fit? & respondeatur, quod Deus iicit, & cui voluerit Deus relevare, sed ut exponam sensum meum de hoc, fit 4. CC. Pars affirmativa hujus quætionis est magis contentanea Scripturis, Sanctis, Sanctorum omnium documentis, & regulis Fidei Catholicae; negativa vero pia est, & devotioni populi accommoda, & humana rationi magis conformis, &c. 5. CC. Pius V. anno Domini 1570. statuit, ac per Apostolica scripta mandavit, &c. 6. CC. Sententia illa, quæ afferit Beatam Virginem fuisse Conceptam in peccato originali & ab eo mundatam, facile explicat hujus rei modum, facileque argumenta in contrarium dissolvit; opposita vero sententia difficuler, sed tamen piè & probabiliter, &c. Deinde responderet ad argumenta pro utraque parte, tam affirmativa, quam negativa, tam ex sacra Scriptura, quam ratione defumpta. Item, idem in 1. 2. quæst. 18. ad art. 3. Utrum primum peccatum primi parentis transcat per originem in omnes homines? fol. 430. lib. impress. Venetiis 1602. in folio, sic inquit, in expositione prædicti articuli.

Hec conclusio habetur in sacris Scripturis, Rom. 5. Per unum hominem peccatum intravit in mundum, &c. In quo omnes peccaverunt, & erunt gloriam Dei, & i. ad Corint. 1. Sicut in Adam omnes moriuntur, ita in Christo omnes vivificantur, & 2. ad Corint. Si unus pro omnibus mortuus est: ergo omnes mortui sunt, & Job 25. Nullus mundus à forde, nec infans unius diei: atque hanc veritatem sub eodem tenore verborum, quo affirmat eam D. Thomas, defendunt Concilia contra Pelagianum celebrata, Milevitani & Arauficanum, atque etiam Augustinus. Sed obseruet Theologus, quod sicut non est dogma hæreticum afferere, quod aliqui ex particulari privilegio non morientur, sicut de Elia & Henoc, & quidam Doctores docti, & p̄ij afferunt, quod illi, qui viui in die iudicii reperientur, non morientur, cui privilegio non derogat lex illa generalis: Statutum est omnibus hominibus semel mori, ad hunc modum non est hæreticum dogma afferere, quod aliquis ex peculiari privilegio liber fuerit ab originali delicto, quodque illud dogma sit probabile, priusq; de diva Virgine, patet ex Extravagante: Grave nimis, in qua Sixtus IV. anathematizat eum, qui dixerit alteram opinionem errorem continere: eandem constitutionem innovavit Concilium Tridentinum,

dentinum, &c. Itaque, sicut in sacra Scriptura habetur, quod omnes in Adam peccaverunt; si habetur, quod mors in omnes pertransivit, & quod est statutum omnibus hominibus semel mori, ideoque utrumque est qualiter de fide: fides ergo docet, quod est necessitas & obligatio, ut omnes descendentes ab Adam contrahant peccatum originis, sicut est lex imposita, & necessitas moriendi. Sed quia non est abbreviata manus Domini, sicut non spectat ad fidem asserere, quod Deus aliquos à morte servavit, ita nec spectat ad fidem asserere, Deum aliquos à peccato originali preservasse, sicut aliqui de sanctissima ejus Matre arbitrantur. De quo agit D. Thomas 3. part. quest. 27. & hic Cajetanus. Lib. impress. Venetijs 1602. in folio. Hunc Doctorem citat R. P. Hippol. Marrac. in Catal. ad annum 1578. pro nobis, ex illis verbis articulo 5. Sed illud animadvertere dignum est, quod hæc sententia de Immaculata Virginis Conceptione à paucis initis profecta, eruit in immensum, quod est argumentum solide veritatis. Hæc Medina; ex quibus colligit Marac. quod fuerit problematicus.

**BARTHOLOMÆUS** de los Martyres, Ordinis Prædicatorum, & Archiepiscopus Bracharenis, Hispanus; lib. diæto: Cathecismo, ò Doctrina Christiana, y platicas espirituales, &c. fol. 313. adducit Sermonem in festivitate Conceptionis Domini nostri, fol. 317. & vocat ipsam Conceptionem Immaculatam, in libro traducto a domino Joanne de Aristizaval, Equite surato Sancti Jacobi, impresso Matrii 1653. in 4.

**BARTHOLOMÆUS** Meduna, Ordinis Minorum Italus, in vita glorioæ Virginis Matri Dei, & cœli Reginæ, &c. à folio 5. usque 10. agit de generatione, ac Conceptione Immaculata Virginis MARIE. Lib. impress. Venetijs 1582. in 4.

**BARTHOLOMÆUS** de Miralda, Ordinis Prædicatorum Hispanus, sustinuit sententiam de Immaculata Virginis Conceptione, secundum Joannem Eusebium Nieremberg, capite 23. folio 356. & D. Ant. Calderon.

**BARTHOLOMÆUS** de Molina, Ordinis Minorum, in libro 1. Breve tratado de las virtudes del Conde de Oropesa, fol. 123. agit de quadam Moniali vocata de Conceptione, & quadam miraculo. Lib. impress. Matrii 1621. in 8.

**BARTHOLOMÆUS** N. Hispanus Poëta, Limensis, scriptit Carmina de purissima Dei Genitrix MARIE Conceptione, extant apud Didactum Cano de Conceptione, fol. 95.

**BARTHOLOMÆUS** de Ortega, Cabrio Hispanus Poëta, in Cantione de Virgine sacra, inquit:

*Quæ suenterez, et preno*

*Divina ciencia ab eterno. &c.*

Exstat cum alijs impressi. Matrii an. 1615. in 4. folio 82.

**BARTHOLOMÆUS** Peñoramus, Ordinis Minorum Italus, in lib. intitulato: Propugnaculum Seraphicum pro plumbi laminarum sancti Granatii moxitis doctrina, ex mandato sancte Inquisitoris Romanae fabricatum, tuerit, defendit, ac responderet ad omnes obiectiones, quæ circa mysterium Immaculatae Conceptionis, ex propositionibus in prædictis laminis contentis exoriri poterant; quem manuscrit. Roma vidi, & legi in 4.

Item, extraxit auctoritates, quæ in prædictis laminis continentur, pro mysterio Immaculatae Conceptionis

Virginis MARIE, & sunt sequentes. In libro fundamentorum Fidei ad Concilium Apostolorum, seu Symbolum eorum, est: Adam formatus est sine genitoribus, & Eva ex Patre fine Matre in gratia, et complementum formationis formatus est Jesus ex Matre fine Patre, & propterea MARIA non tetigit primum peccatum.

In libro vita Christi, capite de Nobilitate illius: O Sancta MARIA gratia plena, Deus tecum, benedicta tu in mulieribus, & haec benedictio fuit, quia puram eam servavit a primo peccato; quod nea tetigit illam ex eo, quia Deus elegit eam ad hunc effectum: nam propter eam, quemlibet post Adam comprehendit ob sui preservationem ab eo, & hoc unanimiter decretum est in Concilio Apostolorum, ut referatur in libro fundamentorum Fidei; & qui dissenserit ab illo, erit damnatus.

In libro Sententiarum S. MARIE Virginis, sec. 94. Cavete ab illo, cuius visitæ sunt frequentes, & custodite vos ab eo, a quo verè me custodit. Interrogata fuit: O Sancta, que visitæ frequentes illius, a quo nos custodire debemus, & ab eo verè custodisti? Et non respondit, sed suo silentio indicavit ipsam se continere in isto, ex eo, quia fuit prius mulier, quam Deus creasset in mundo.

In lib. primæ partis Divinæ potentiaz circa viam littera A. ait: Si MARIA tetigisset primum peccatum, evolassent utique ab ea sua dona, ac beneficia, illamque tetigisset probatio dolorum in conceptu, & in partu, malis eam afficiendo; at Deus dedit illam ad hunc effectum, & posuit inter eam, & ipsam primum peccatum, velum, ac clypeum; quod vnam consensu decreverunt Apostoli veraces, verè confirmati Spiritu Sancto; & qui dissenserit ab aliquo illius, quod ipsi ibi decreverunt, erit infidelis, & damnatus; & assentiri illi est primum fundamentum legis Dei, recta ac excellentior via ad salutem. Vide alia ibi.

In libro secunda partis Divinæ potentiaz, littera C. ait: Reparavit Deus hominem per Iesum, post prophetias suæ Incarnationis, in MARIA electa ob Virginitatem, & puritatem à peccato, quam & eminenter exaltavit super omnes mulieres factorum.

In eadem secunda parte præfati libri, littera C. ait: Enarrata est cum similitudine quatuor elementorum convenientia formationum Adæ, & Euzæ MARIE Virginis, quæ cum ipso Iesu eas perfecte complevit non habuit Patrem, nec Matrem Adam Eus verò Patrem tantum habuit, & MARIA Patrem, & Matrem; ipse autem verax Deus eam absque Patre habuit, quam immunem servavit.

In libro Colloquij Sanctæ MARIE Virginis, cincum initium ait: Quæ est ista Mulier, quæ tecum est? Et ait illis: Esi MARIA Virgo immaculata peccati omnini, Mater Iesu Filii Dei; & tunc novem Chori Angelorum laudaverint Deum.

In eodemmet lib. Colloquij, ait: Angelus auctorius Paradisi, dixit ad Gabrielem: Quæ Mulier est ista, quæ est tecum? Et dixit ad illum: Esi Virgo MARIA à peccati omnino immaculata.

In ipsomet lib. Colloquij, paulò post prædicta: Dixit verò Adam ad Angelum Gabrielem: Quæ est ista Mulier speciosa, quæ comitantur tecum? Et dixit illis: Esi Sancta MARIA omnino pura à peccato, Mater Filii Dei Jesu intercessoris tui, ac tuz generationis, ob perditionem,

BAR.

**BARTHOLOMÆUS** de Pisis, Ordinis Minorum Italus, in lib. de vita, & Laudibus Beate MARIA Virginis, fructu 7. cuius titulus est: MARIA ut lux edita, à fol. 95, usque 129. agit de præservatione Virginis à peccato originali: Do solum prima, & ultima verbæ ejus latissimæ expositionis; quia omnia transcribere, esset summa prolixitas. Incipit ergo sic: Habitatculum Dei vivi, anima scilicet, corpusque MARIE, nullo peccati contagio maculatus, sed in infusione ipsius animæ corpori, sic gratia prævenit divina, ut ejus sacer Conceptus ab originalis peccati macula (ut piè creditur) fuerit mirificè præservatus, &c. Ultima verò sunt hæc: Ex his possunt multa inferri, quorum primum tale est, videlicet, quod hæc Conceptio Beate MARIE præ omnibus alijs natis ex concubitu, fuit singulare, non solum, quia ex sterilibus parentibus progenita, verum quia id, quod omnes communiter progeniti talis concubitu contrahunt, ipsa non contraxit, scilicet originale peccatum, & etiam, quia lex generalis in ipsa singularem exceptionem non contrahendo accepit. Secundum, quod legem nouam, Deus in hac sacra Conceptione instituit, non solum legem generalem arctando, sed gratiam dando in sua Conceptione, quam nulli puræ creaturæ unquam dedit; & quod dederit, pater, quia aliter originale incurrit, & etiam quia facta est in hac Conceptione rationis predominatio ad carnem, & suppressione pronitis ad malum, & facultas ad bonum concessa, & sic B. Virgo ex tunc taliter accepta exitit, quod nunquam oedita. Deinceps, quia gratia semel data, nunquam fuit amota, quam gratiam statim habuit cum fuit in esse; & sic fomes sopitus cum lege membrorum, & carnis, imò omnis fomes amotus, & sic etiam Virgo fuit sanctificata, quia gratia adiecit, usum pariter rationis in sua Conceptione habuit, &c. Lib. impress. Venetijs 1569. in 4. Si vis radicitus scire, quomodo Virgo fuerit præservata, lege solum istum Doctorem, nam omnia, quæ sparsim dicunt Auctores moderni, in solo hoc ipso Pisano reperies. Hoc tamen non obstante. Joannes de Turrecremata, capit. 32. parte 6. fol. 123. & Bandellus in opere 1. Aut. 118. & in opere 2. folio 86. & in opere 3. cap. 24. folio 46. à tergo citant ipsum pro sua sententia in Sermone Quadragesimali: Facta sunt Encenia: ubi nec verbum habet de hac Conceptionis materia.

Item, in suo Quadragesimali de Contemptu mundi, sive de triplici mundo, Sensibili, Microcosmo, & Architypo, in Sermone 37. Dominicæ Passionis, ubi loquitur de magnitudine hominis mundum contemnens, qui incipit: Quis ex vobis arguet me de peccato expreßili, & eruditis verbis tener Virginem MARIAM, ex singulari Dei grataria fuisse immunitam ac præservatam à peccato originali, cuius autoritatem ad litteram damus in Ventialabro veritatis, verbo Bartholomaeus de Pisis, Ordinis Minorum. Lib. impress. anno 1498. in 4. Vide ibi, quia Adversarij hunc citant pro sua sententia absque ullo fundamento.

**BARTHOLOMÆUS** Riccius, Societas Jesu, in Monosterron Evangelico, adducit indicem concionatorum pro Immaculata Conceptione Virginis. Lib. impress. Augustoraci Pictonum 1621. in 8. regali, & Romæ 1607. in 4.

**BARTHOLOMÆUS** de los Rios Alarcon, Ordinis Sancti Augustini Hispanus, in libro Horizon Marianus, sive de excellentia Beate MARIE Virginis, Tractatus novem, &c. de Immaculata Concep-

tione Virginis MARIÆ agit tractatu 1. à foli. usque 91. latissimè. Impress. Antwerp 1647. in fol.

Item, in libro Hierarchia Mariana, lib. 5. cap. 23. sub hoc titulo: MARIA aucta infitæ originalis dono, & à peccatis etiam minimis omni vita tempore libera, &c. ubi etiam de ejus impeccabilitate, à fol. 560. Vide etiam sparsim in alijs locis. Impress. Antwerp 1641. in fol.

Item, in libro, lingua Flandricâ: Regelē des broderschap van de Slaven der Heylige moeder Gods, & in Litania 4. folio 85. inquit: MARIA sine originali peccato concepta, ora pro nobis. Lib. impress. Bruxellis anno 1641. in 16.

Item, in libro: Phoenix Thenensis è cineribus redi-vivus: Quod Virgo MARIA fuit ab omni labe originalis culpe preservata, folio 93. & 70. & alibi. Lib. impress. Antwerp 1637. in 8.

Item, in lib. Gallico: La guide des esclaves del Ave MARIA, fol. 45. Quod Deipara fuit immunis à peccato originali. &c. Lib. impress. Bruxellis, absque an. in 12. regali.

**BARTHOLOMÆUS** Rogatus Stubensis, Societas Jesu, ad Beatam Annam, de Deipara Immaculata Concepta, Elegiam unam.

Item, ad Deiparam primigenie labis expertem, Elegiam alteram, quæ sunt in ordine 2. & 3. Lib. impress. 1641. in 8. parvo.

**BARTHOLOMÆUS** de Saligniaco, Eques & Jurisconsultus Gallus, in Itinerario Hierosolymitan, tom. 8. cap. 6. agit de domo Iacobim, & Anne, in qua Diva Virgo MARIA Concepta fuit, & educata annis tenere atatis sue, quæ dominus est Mezquita Turcarum, &c. Lib. impress. 1587. in 4.

**BARTHOLOMÆUS** Salustius, Ordinis Minorum Italus, in Schola divini amoris, folio 87. agit de Conceptione Virginis MARIE, & ejus puritate. Lib. impress. Coloniae 1610. in 12.

**BARTHOLOMÆUS** Santius, Carpianus Hispanus, elaboravit Sermones de Immaculata Conceptione Virginis MARIE, Salmanticae impress. ad ann. 1623. ut refert Marrac. in Catalogo.

**BARTHOLOMÆUS** de Sicilia, Ordinis Minorum, pulchra ratione declaravit sententiam de Immaculata Virginis Conceptione, ut testatur S. Bernardinus Senen. tom. 4. Serm. 49. fol. 477. Daza cap. 6. fol. 48. Salazar, Leon, & Joannes Eusebius.

**BARTHOLOMÆUS** Valverdius Gandia Villenate, Doctor Hispanus, in libro: Salomonis de fortis muliere Alphabetum tribus commentariis illustratum, in Alphabeto de Sanctissima Virgine, multa dicit pro puritate Virginis, sed præcipue, fol. 24. inquit: Cum adhuc esset nox in mediis ipsi erroris, & ignorantiae tenebris; cum tenebris ipsam non comprehendissent. Quomodo enim Mater ipsa lucis, & prænuntia Veri Solis, Mater, in qua vita, cunctorumque viventium in tenebris sedisit? &c.

Item, folio 49. inquit: Itaque cor ipsum Virginis dominande, quæ cor suum tradidit ad vigilandum diluculo, illud omne consilium manuum suarum, omnisque illius vitæ sanctitas, iustitia, innocentia, quibus illa virtutibus veluti aliquod mundi spectaculum, & prodigium se præbuit admirandam, Lucerna illa est, quam in nocte Salomon extinxit iri negat, &c.

Item, folio 56. inquit: Lauda Hierusalem Dominum, lauda Deum Sion, quoniam conformatum seras portarum tuarum. Portas, inquit, sive fenes-

fratres tuas, Virgo veneranda, per quid mori solet introire, ille confortavit, qui fecit tibi magna & potens est, & sanctum nomen ejus, filius, inquam, conclusit, carumq; vestes & seras opilavit, &c. Lib. impress. Romæ 1589. in 4. His verbis declaravit Auctor iste Immaculatam Virginis Conceptionem, & non aliis expressit; forte quia, &c.

Item, in libro dicto: Ignis Purgatorius post hanc vitam, &c. in Apologético ad Lectorem: Vox de MARIA non habentem maculam, neque rugam. Vide ibi illa quamplura. Lib. impress. Patavij anno 1581. in 4.

BARTHOLOMÆ SVazquez, Ordinis Carmelitarum scriptor Hieroglyphicum pro immunitate Virginis MARIE à peccato originali; ad illud: Radicavi &c. impress. cum aliis à Sanct. Zapata, lib. de Conceptione, folio 147.

BARTHOLOMÆ US de Villalva, Ordinis Minorum Hispanus, edidit Sermonem sub hoc titulo: Oracion Euangelica panegirica, à la mas pura criatura, immaculada Virgen Madre de Dios Señora nuestra: & initium Sermonis est: A la mayor hontan, y gloria de Jesu Christo Redemptor nostro, Hijo de Dios vivo, y de la purissima MARIA Virgen Madre de Dios sin mancha de pecado original, &c. Impress. Valentia 1651. in 4.

BARTHOLOMÆ US Ximenez Paton, Doctor & Poeta Hispanus, elaboravit Cantionem de Immaculata Virginis MARIE Conceptione. Impressi. Baetzae 1618. in 4.

BARTHOLOMÆ US Ximenez de Valderama, Doctor Hispanus, ac Vicarius Cathedrales Hispalensis, fecit instrumentum authenticum, circa aliqua scandala exorta ibidem, in materia Conceptionis Virginis Dei Matri MARIE, à Defensoribus opinionis affirmativa, & typis fuit mandatum summarie cum aliis ejusdem argumenti 1615. in folio.

BARTHOLOMÆ US Zucchi de Monza, Italicus, in libro de gloriois trophyis MARIE Reginæ Angelorum; de festo Conceptionis Deiparae, Sermonem, seu Orationem, super illa verba: Liber generationis Jesus Christi.

Item, de eadem Immaculata Virginis Conceptione, Sermonem alterum, super illa verba: Perrexit Jesus in monte Oliveti, quæ omnia extant a fol. 76. usque 102.

Item, in petitionibus spiritualibus ad Deiparam, de Conceptione Immaculata ejusdem, petitionem vnam, à folio 178. Lib. impress. Mediolani 1618. in 12.

Item, in libro de historia, & origine translationis Sancta Domus Lauretanæ, in dedicatoria ad Virginem Mariam, ait: Quid fuit mundissima, purissima, & absque omni quantumvis minimo peccato, &c. Lib. impress. Venetijs 1629. in 8. & 1616. etiam in 8.

Item, in his Concionibus particularibus, in Concione de Assumptione, fol. 72. Quid MARIA accepta fuit complevit in gratia, &c. alia quamplura dicit. Lib. impress. Mediolani 1603. in 8.

BASILIUS de Areæ, Ordinis S. Benedicti, Hispanus, in lib. Historia del origen, fundacion, progresso, y milagros de la casa, y Monasterio de Nuestra Señora de Sopetran, &c. milagro 4. fol 102. inquit: Año de mil seiscientos y nueve, hubo en un lugar, un quarto de legua de aquí, llamado Heras de arriba, que es de nuestra Feligresia, una gran peste, y mortandad, que casi no quedó persona, que no estuviese apestada; morian muchos de los

pocos vecinos que avian en él, atinaron con el medio eficaz para tanto mal, que fue acudir a esta Señora de Sopetran, suplicandole les alcasse salud para este Pueblo, y que hazián verso de venir a esta Casa cada año en procesion el dia de su purísima Concepción, y que le ofrecerían un cirio de cera al punto de la peste, y los enfermos apestados se levantarón leños, y buenos; y ha mas de cien años, que cumplió su voto los de Heras, ofreciendo el cirio cada año, y viiniendo en procession a esta Casa el dia de la Concepcion de nuestra Señora, &c. Lib. impress. Martiti anno 1615. in 8.

BASILIUS Bozzinus, citatur in Manuali Mariano, pro Immaculata Virginis Conceptione; sed hujus sic videlicet aliquam auctoritatem, nec inveni librum.

BASILIUS Macedonius, Græcius Imperator, & Pater Leonis sapientis, ad annum 886. inservi, secundum aliquos, festam Conceptionis Virginis MARIAE apud Graecos. Vide Joannem Euseb. de object. Conceptionis, cap. 4. folio 28.

BASILIUS Magnus, Cæsareæ Cappadocie chiepiscopus, Sanctissimus Ecclesiæ Græca Doctor, ac Pater. Homil. in Sanctam Christi Natatatem, frive de humana ejus generatione, fol. 16. inquit: Sed quomodo Deus adjunetus, constitutus sit, causam requiris? Disce, ideo Deus in carne, quod maledictam carnem hanc sanctificari, debilitatem corroborari, alienata in reconciliari, clapsam è Paradiſo ad cœlum vestari oportebat. Sed quæ hujus dispensandi negotii officina? Virginis corpus. Quæ præcepta generationis? Spiritus Sanctus, &c. erat Virgo, erat & virgines defonsata, & idonea ad ius dispensandi negotii mysterium dijudicatus, ut & virginitas ante omnia honoraretur, & nuptiæ conceptui non deciderent &c. Hadeo & aliam rationem nihil superioribus ignobiliorum, videlicet, quod idoneum illud tempus ad Incarnationem Domini olim praefinitum, & præstitutum à condito orbe, tunc instabat, cum ab Spiritu Sancto, & virtute Altissimi desera illa caro condenda esset. Quis aero paren puritate MARIE hæc hominem attingeret, ut in se agentem spiritum recipere, electa est MARIA Virgo, &c. Ex sanctitate igitur illa coalescens digna erat, que divinitati Virginem admaretur, &c. in aliis est sic, de Christi Incarnatione: ex sanctitate compacta caro MARIE digna quæ deitati Unigeniti uniretur. Mart. Philip. fol. 120. Hæc Basilius verba quamplures Doctores explicant de Immaculata puritate Virginis: nam si caro illa à Verbo assumpta, fuit in Matre ex sanctitate compacta, vel ut alii legunt, ex sanctitate coalescens, igitur nullam habuit macula.

Item, in Liturgia seu Missa, folio 507. ter vocat Virginem MARIA intemeratam, ait, Sanctissima, &c. Lib. impress. Antuerpiæ 1616. in folio magno. Ex originali Græco, intemerata, idem est, ac longe, quod Immaculata.

Item, in cap. 7. Isaïæ, folio 632. inquit: Itaq; Emmanuel ex Sancta Virgine exortus est, Virgo hec utique legi purificationis nequaquam obnoxia erat. Ipsa namque citra copulam feminis facta fit Mater Emmanuelis, pura itaq; permansit, sancta, & intemerata, & quando primus Adam non ex virio foeminæ congressu processit ad ortum, sed de terra formatus est, ultimus Adam, ut veteris illius contagionem corruptelamq; instauraret sua novitate, corpus assumpit in virginali utero formatum,

matum, ut per carnem in similitudinem esset peccati, &c. Hæc Basili verba, sic legunt alii. *Pura omnia sancta ac Immaculata est, & post partum quoque Virgo permanens; quæ ejus omnimodam puritatem magis exprimit; sed illis omissis notandum est, quod Bahili discursus eò tendit, ut probet Christum Dominum processuisse ex carne Virginis Matre, sicut primus Adam processerat ex terra incontaminata, pura, & absque ulla maledictione.*

Item, in Liturgia, sic inquit: Credo, credo, credo, & confiteor usque ad extremum spiritum, hoc esse corpus vivificum, quod assumptum Filius tuus Unigenitus Dominus Deus, & Salvator noster Jesus CHRISTUS à Domina omnium nostrum Dei Genitricë sancta, pura, Diva MARIA, & conjunxit illud cum divinitate sua, &c. in libro Liturgiarum Sancti Basili Magni, Gregorii Theologi, & Cirilli Alexandrini. Impress. Augustæ Vindelicorum anno 1604. in 4.

BASILIUS Ponce de Leon, Ordinis S. Augustini Hispanus, de Immaculata Virginis MARIE Conceptione, Sermonem unum, impress. Salmanticae anno 1616. in 4.

Item, alium Sermonem sub hoc titulo: *Sermon predicado en la fiesta, que celebra la Universidad de Salamanca en su Capilla, el posterior Domingo de Octubre, en memoria del juramento, que por servir à la Virgen, hizo de defender la pureza de su Concepcion, año de 1619.* Et quia singularia, ex ipso fol. 62. transcribo sequentia verba: *Con esse exemplo, y à imitatione de Dios, no se contento nuestra Universidad, con ordenar Estatuto, y que se confirmasse, sino que la juro tambien, y hizo pleyo omenaje à Dios de defender siempre la pureza de su Madre.* Y hizó juramento al tiempo que se decia la Missa, quando se celebrava el lanto sacrificio del Altar, donde se consagra de por si el Cuerpo, y de por si la Sangre, y la Hostia se divide en dos partes, como diciendo la Universidad à una: *Despedazados nos veamos todos, como en aquel santo, y verdadero sacrificio se representa la division del Cuerpo, y Sangre de Christo, si faltaremos en quanto nos durare el aliento, à la defensa de la Concepcion de la Virgen preservada de culpa, &c.* Y esta fiesta de paz, que la Universidad quiere con todos paz, no es fiesta de flechas, ni dejaras para lastimar a nadie; para que quando de aqui adelante en siglos venideros viniere estudiantes à ella, y luego por S. Lucas, el postrero Domingo de Octubre, que es el dia señalado, vienen que en la Orden de San Augustin, à quien la Universidad lo ha encomendado para siempre, celebra contanta solemnidad Fiesta de la Concepcion de la Virgen, y preguntaren, que Fiesta tan anticipada es esta? Responda al novatillo el antiguo: Esta es una Fiesta instituida en memoria de quel dia como este, à nuestros mayores, y à la Universidad toda junta, hizo Dios tan señalada merced, que les dio lugar, à que ordenassen un statuto, y lo jurassen de leer, enseñar, predicar, escribir, y defender en publico, y en secreto, que la Virgen Santissima Madre de Dios, fue en su Concepcion purissima preservada de culpa original. Lib. impress. cum aliis tribus Sermonibus Salmanticae 1620. in 4.

Item, de eadem festivitate *Immaculatae Conceptionis*, Sermonem alterum, impress. ibidem.

Item, subscriptus, & approbat Salmanticae die 8. De-

cembris, anni 1616. miraculum factum Manresa in Regno Catalonia circa Canonicum, qui adversus Immaculatam Virginis Conceptionem acriter dimicabat, qui pluribus transfovis vulneribus post quatuor horas revixit, &c. Vide Christophorum de Vega, Palest. 3. certam, 26. fol. 121. columna 1.

Item, in suis opusculis, sive varijs disputatio-nibus ex utraque Theologia, scholastica, & positi-va, parte prima, relect. 3. quæ est 1. in petitio-ne Cathedra Scoti, anno 1608. sub titulo: *Qua ratione factum fuerit, ut peccatum nobis non dum natis fuerit voluntarjum*, fol. 246. ad finem, colum. 2. inquit: *Quamvis non improbabiliter affirmari posset Beatam Virginem intuitu Christi prædestinati ante peccatum, juxta mentem Scoti, etiam ab ipso debito contrahendi sniffe immunitum, ex eo solùm, quod ejus voluntas non fuerit Dei ordina-tione, cum primi Parentis voluntate, &c.* Lib. im-press. Salmanticae 1611. in fol.

Item, in Sermone pompa funeralis Regis His-paniarum Philippi III. Salmanticae die 23. Apri-lis, s. 4. de devotione Regis ad mysterium Imma-culatae Conceptionis Virginis MARIE, &c. Serm. impress. absque anno impressionis, & incipit: Baña ambas à dos mexillas, &c.

Item, in alio Sermone ejusdem assumpti, facto in civitate Tauri, die 5. Junij 1621. agit de Regis devotione, ac sollicitudine, circa mysterium Imma-culatae Conceptionis Virginis MARIE, latè à fol. 6. im-press. in 4. & incipit: Forçosa, y honrada, &c.

Item, in Sermone funerali pro exequijs R.P. Jo-anonis Marquez, agit mentionem de purissima Concep-tione Virginis MARIE, fol 10. Impress. in 4. & incipit: Estas palabras, &c.

BASILIUS Porphyrogenitus II. hujus nominis Orientis Imperator, in Menologio Graecorum ipso præcipiente conscripto, in Nativitate Beatis-simæ Reginæ N. Deiparae semper Virginis MARIE, sexto Idus Septembris, hæc habet: *Eam igitur ob causam disposituit, ut nasceretur, quæ generaret Filium incarnatum, MARIA inquam, nullâ nota labore, nullâ aspersa lacrymâ, ex Sanctis Patribus Ioa-chimo, Anna, &c. Ita ex Ferdinandino Ughellio Hippol. Marrac. in lib. Cæsares Mariani, fol. 15. & 16.*

BASILIUS Seleucus, Mauri Episcopus, Beatus, natione Graecus, in Sanctissimæ Deiparae Annun-tiatione, oratione 39. fol. 212. inquit: *Limum Deus olim cepit, & hominem fixit; limum recepit ex Virgine (carnem, quæ ex ea loquor) & pro sua pru-dentia sibi affingens homo factus est.* Quomodo qui primum credunt, secundo obloquuntur? ac in eo quidem Dei contestantur omnipotentiam, in hoc verò nihil ei dant sycophantiae potestatis. Ipse enim est, qui & illud arte elaboravit, &c. *Al-vum sanctam, Deique receptricem, in qua dirutum est peccati chirographum, in qua Deus factus est homo per-mansus Deus, &c.* Si in MARIA dirutum fuit peccati chirographum, & hoc fuit peccatum originale ab Adamo in Paradiso exaratum; igitur ipsa illud non contraxit.

Item, infra: *Si enim solis huius, cum sordentia, stercoriaque loca contingit, nullius inquinamenti contagione puritas inficitur: Quomodo non magis Sol Inistiæ in integrum effulgens, Virginem, & eam per sanctum corpus delibans, impetrabilis in ipso persistit, ut Deo dignum est? &c.* illud nota, in integrum, quasi in nullo fractam peccato, vel forde, contagione, vel fac-tore. Lib. impress. Parisijs 1621. in fol.

BAS.

BASSIANUS Catenagus Lodiggianus, Canonicus Regularis Lateranensis Italus, in libro de Magnalibus MARIAE Virginis Matris Dei, de Immaculata Conceptione ejusdem Sermonem unum, seu discursum, à folio. 1. usque 24. Impress. Mediolani 1620. in 4.

BEATRIX de Silva, Hispana nobilissima, insituit, ac fundatrix Religionem Monialium Immaculatae Conceptionis, cum duodecim Virginibus, anno 1484. Vide Marrac. in Fundat. Mar. cap. 29. fol. 264.

Item, ipsi apparuit Virgo MARIA, cum habitu Immaculatae Conceptionis, sicut modò portatur ab ipsis Monialibus. Vide Bivar. Salazar & alios.

Item, ad annum 1489. impetravit ab Innocentio VIII. confirmationem Ordinis Immaculatae Conceptionis, Regule, ac offici Divini specialis. Vide plura in lib. Lilia Mariana, folio 31.

Item, miraculose inventis in capsula quadam sui Conventus Toletani diplomata Apostolica confirmationis sue Religionis Immaculatae Conceptionis, quæ naufragium passa fuerant in mari.

Item, ante mortem habuit quandam revelationem de sacra Immaculatae Conceptionis à se fundata Religione, incremento, ac amplitudine. Vide de hoc Petrum de Salazar in Chronic. Provincie Castellæ, libr. 8. à folio 471. usque 480. Vegam, Palest. 3. cert. 16. fol. 141. Bivarium, Hilariom à Costa in eius vita, & in illa Isabellæ Castellæ Hispaniarum Reginæ, Ferdinandi, Coningiæ, Ludovicum Jacob à S. Carolo in Bibliot. Fœminea, Arthurum à Monasterio in Martyrologio Fœmineo, & alios quæ ampliores.

BEDA, Presbyter venerabilis Anglus Saxo, ad diem 8. Decembris, habet Kalendam in Martyrologio impresso Bruxellis 1564. in 12. ubi sic ait: Coceptio Sanctæ Mariae perpetuae Virginis. Et in operibus ejus, tomo. 3. folio 356. impress. Colonæ 1612. in fol.

Item, Sermone de Purificatione Virginis Mariæ, inquit: Intueamur, fratres charissimi, diligentius verba legis, qui proposuimus, & videbimus aperi-  
tissime, quā Beatisima Dei Genitrix, & perpetua Vir-  
go Maria simul cum Filio, quem genuit, ab omni fuerit  
legis subjectione liberima, &c. Extat tomo 7. fol. 328.  
& licet loquatur de lege Purificationis, illa uni-  
versalis ab omni, comprehendit etiam legem peccati originalis.

BELLINUS de Padua, Ordinis Eremitarum Sancti Augustini Italus, in Martyrologio Romano à se emendato, ad diem 8. Decembris: Concep-  
tio sacrissime Virginis MARIAE Genitricis Dei, & Domini nostri IESV Christi. Ut in libro impress. Vene-  
tiis 1509. in 4. & 1517.

BENEDICTUS Aegidius, Doctor Hispanus, in libro: Hortus animæ tripartitus, in prima parte, quæ Virgini MARIA sacra est, in explicatione Salutationis Angelicæ, folio 75. ad illud: Dominus tecum, inquit: Vere benedicta tu es in mulieribus, que prime matris opprobrium, quod omnes affectit, absoluisti, &c. Lib. impress. Ulyssiponæ 1615. in 8. Per illud opprobrium intelligo peccatum originale, nisi alius aliter explicet.

BENEDICTUS de Angelis, Ordinis Olivetani Italus, edidit pro Auguſtissimæ Dei parentis Immaculatae Conceptione Opusculum unum, quem citatum inveni apud Franciscum Pistoia, folio 161. & Marrac. in Appendix, folio 456.

BENEDICTUS Arias Montanus Hispanus,

Hispanus, in libro generationis, & regenerationis Adam, sive de Historia generis humani part. 1. id est, de anima, ad finem libri, in testimonio primo Apostolico, pagina 548. Vocat Virginem MARIAM parvam semper, cui parem, nec terra vidit, nec potuit habere secundam. Lib. impress. Antuerpiæ 1593. in 4.

Item, in cap. 1. Abacuc, inquit: Nam præter unum Christum omnes in Adam peccaverunt, inquit, Apostolus, & omnes egerint gratiâ Dei, id est, eti maximè quispiam per totam vitam integrè semper virtutibus usus sit ( quod etiam sine divina ope fieri nequit ) sed tamen si maximè sit usus ab illo tamen Adæ peccato, ab illa labe & macula, nemo præter unum Christum naturâ integer erit; quicumque vero præter eum extiterit, is non naturæ sit, sed Dei gratia ac dono integratem suam acceperit referat. Talem tamen hominem neminem hactenus fuisse legimus, sanctissimam Dei Genitricem semper excipimus, cujus integræ fama, cujus puritas, cujusq; admiranda sanctitati ratione tribuum, ut ipsam extra omnem humane conditionis aetatem constituamus: & cum de sanctitate, de integritate, deque omnibus virtutum ornamentis agitur, nihil quod in hanc Virginem pertinet, in dubium, aut questionem non patiamur, &c. in libro super 12. Prophetas fol. 574. Impress. Antuerpiæ 1583. in 4.

Item, in scolio Bibliorum ad cap. 1. Luce, folio 179. ad illud: Gratia plena, inquit: Dilecta, &c. electa, ut gratia abundes. Dominus tecum, consilium, ratum, & efficaciam suam in te ostensurus. Ita, ut manifestum orbi fe Auctorem prober dignitatis tuae autem dignitas erit, ut in mulieribus sis benedicta, &c. Lib. impress. Antuerpiæ 1574. in 4.

BENEDICTUS à Benedictis, Doctor Italus: Quod festum purissime Conceptionis sit celebrandum, Opusculum 116. in lib. dicto: Jacula Ecclesie Clivii Catholicæ. Impress. Venetijs 1608. in fol.

BENEDICTUS Bonsignorius, Abbas Florentinus, in lib. Homiliarum, tom. 1. Homilia de Adventu, explicans Canticum Magnificat, ad illud: Exultavit spiritus meus in Deo salutari meo, &c. folio 20. inquit, Salvavit autem Beatam Mariam, immum eam per gratiam preservando ab originali peccato, ab actuali, à corruptione carnis, ab opprobrio sterilitatis, & à gravitate, & doloribus partus, &c.

Item infra, ad illud: Quia fecit mihi magna, &c. Quæ magna? Nempe, quid me preservavit à peccato, &c. quæ nec sibi conscientia ullius labis fuit unquam? Vide fol. 23. & 24.

Item, Sermone de Assumptione, fol. 592. res Virginem MARIAM Immaculatam, de qua Immaculatus processit omnium maculas purgatorius, &c. Lib. impress. Florentiæ 1568. in 8. Hæc dixerim, ut videant omnes, quod etiam apud nos Auctores, Immaculata supponit pro omni immunitate, quando eodem modo vocant Virginem Immaculatam, sicut Christum.

BENEDICTUS Cellenus, Ordinis Minorum Italus, edidit librum sub hoc titulo: Le grandez & magnificence della Casa de sancta MARIA deli Angioli de Assisi, &c. in primo folio manuscriptis characteribus habet, MARIAM calorum Reginam, absque originali peccato Conceptam. Lib. impress. Perutia anno 1611. in 4. & extabat in Biblioth. D.D. Antonij de Leon, nunc autem in Matriterio nostri Conventus.

BENEDICTUS Celidonius, Abbas Viennensis ad Scotos, imprimi curavit opera Bandini Medici

Metlici in 4 libris Sententiarum, in quibus tractat de Incarnatione, folio 301. eximit Virginem à peccato originali, actuali, licet non à debito contrahendi ipsum. Lib. impress. Lovani 1557. in 8. BE NEDICTUS Fernandez Borbensis, Societas Jesu Hispanus, in Commentariis super Genesim, tom. 1, adducit varia pro Immaculata Virginis Conceptione: v. g. *Quod Beata Virgo MARIA sine peccato originali fuit concepta, & quod lex peccati originalis pro omnibus, sed non pro MARIA constituta est, cap. 4. sect. 8. num. 6.* & ibidem, quod à prima peccatrice matre morbum detestabilem peccati originalis hausimus omnes, excepta sola MARIA, que manè diluculo ipso primo instanti, quo concepta vitam habuit, divino est præsidio adiuta, ne caderet in originali cæno, &c. cap. 4. sect. 9. num. 6. Ibidem, quod immunis fuit ab omni culpa actuali, & originali macula, cap. 4. sect. 13. num. 1. Ibidem, quod MARIA exempta fuerit à lege peccati originalis, cap. 9. sect. 8. num. 1. Ibidem, quod Beata MARIA, immunis ab originali reatu, semper crevit in gratijs, cap. 9. sect. 9. numero 6. Denique, quod si la Beata MARIA culpam originalem non contraxit, nec fuit aliquando diaboli serva, vel filia ire, cap. 4. sect. 2. num. 2.

Item. tom. 2. Quod Deus Beatam MARIAM non solum ab omni mortali, & veniali, sed etiam ab originali protexit, & quod Spiritus Sanctus fuit scutum protegens ipsam ab originali culpa, sect. 15. c. 2. num 8. & ibidem, quod Virgo MARIA immunis fuit ab originali reatu, licet à Nazianzeno vocetur purgata, cap. 22. sect. 39. Ibidem, quod B. Virgo MARIA ex sterilibus Parentibus sine libidine, nec ex carnis concupiscentia fuit orta, capite 15. sect. 1. num. 6. & cap. 29. sect. 1. n. 27. Ibidem, quod omnis homo luto reatus originalis scaret, donec per divinam gratiam ab omni fœce depuretur, & quod sola Virgo Mater post filium suum in ipso sua Immaculata Conceptionis momēto fons signatus extiterit, atque ita divino munere signatus, ut reclusus, ut in eum nulla posset labes, & macula ab Adversario induci, &c. cap. 27. sectione 1. num. 16. Ibidem, quod Virgo Deipara à culpa originali perpetuò expers fuit, à qua præservarat illam Filius eius, ita, ut nec momento quidem temporis, vel ira filia, vel vas immundum, vel diaboli subiecta fuerit dominio, in ipsoque sua Conceptionis momento simul concepta & Immaculata atque sanctificata extiterit, cap. 28. sect. 4. num. 12. per totum. Ibidem quod Deus Beatam Virginem ab originali labore præservavit, quia originalis reatus filium dehonestaret, &c. cap. 29. sect. 4. num. 11. & 13. Ibidem; infra adstruit Immaculata Conceptionem Beatæ MARIAE, & quod non peccaverit in Adam, cap. 29. sect. 6. num 18. & cap. 45. sect. 1. numero 13. Ibidem, quod Deipara concepta fuerit sine originali reatu, & quod in ejus Conceptione acclamaverunt Deus, & creaturæ, cap. 29. sect. 8. num. 11. & 12. Ibidem, quod Beata MARIA concepta fuit, ut in statu innocentiae conciperentur foetus humani, & circa labem originalem, & quod Beatissima Virgo concepta fuit cum omnimoda puritate, cap. 19. sect. 14. num 4. & infra, quod Virgo Beatissima non prius concepta, quam sanctificata, non prius vitam, quam gratiam, non ante primum temporis in rerum natura momentum habuit, quam celestium gratiarum plenitudinem, cap. 31. sect. 2. num. 12. Denique, quod Beata Virgo fuit

ab omni reatu originalis culpe immunitis speciali privilegio, cap. 31. sect. 7. num. 9.

Item, tom. 3. quod Beata MARIA immunis fuerit ab originali reatu, cap. 32. sect. 12. num. 15. & sect. 5. num 13. Ibidem, quod tota Christiana Republica videretur conspirasse in Conceptionem Immaculatam Beatæ MARIAE, &c. Vide ibi. Insuper, quod Virgo Dei Mater dono, & privilegio Filii sui ab omni labore, atque umbra etiam, tenuique suspicione peccati originalis fuit prorsus aliena, atque Immaculata ejus Conceptione ubique celebratur, cap. 33. sect. 10. num. 13. Ibidem, quod Beata MARIA corpore, animoque Immaculata, ita ut sine reatu originali concepta primam Dei gratiam, & sanctificationem cum vita pariter accepit, cap. 34. sect. 1. num. 14. Item, quod malum illud à primis Parentibus hereditarium, quod omnes eorumdem filii virili propagati semine incurrimus, MARIA evitavit divino prius privilegio exempta, atq; libera, cap. 35. sect. 4. num. 18. Ibidem, quod nec quidem labes originalis reatus illius Conceptionis maculaverit, & eodem cap. 35. sect. 7. num. 15. Ibidem, quod ejus Conceptione non fuit descendens, quia non dejecta, vel unico temporis puncto in reatum originalem, uti omnes filii Adam, sed speciali quodam privilegio à communī illo descensu, lapsusque præservata fuit; ubi etiam de decreto Gregorij XV. pro Immaculata Conceptione, cap. 39. sect. 1. n. 8. & 9. Quod V. Deipara, Dei privilegio à momento ipso fuit Conceptionis ab originali macula immunis facta est, eodem cap. 39. sect. 7. n. 7. Item, quod B. Virgo ab ipso instanti sua Conceptionis, vitæque momento, pura, ornata, Regina, Deo grata, ab omni macula immunis exiterit, cap. 41. sect. 2. n. 15. Item, quod Conceptione B. Virginis Immaculata, & sine peccato originali fuerit, & quod vera ratio redemptionis in B. MARIAE Conceptione Immaculata cernitur, cap. 47. sect. 2. n. 12. & 13. Ibidem, quod Immaculata exiterit Conceptione B. Virginis MARIAE, & sine reatu originalis peccati, quia Dei Filius tenuit, & præservavit eam, ne inficeretur labes originali, cap. 48. sect. 2. n. 33. Ibidem, quod absque originali peccato concepta, simul que sanctificata, & gratiâ plena exiterit, cap. 49. sect. 5. n. 19. Omnia hæc, & alia, quæ brevitas causa prætermittimus, invenies in tribus libris prædicti Auctoris, impress. Lugduni, ab ann. 1621. usque 1627. in fol.

BE NEDICTUS Fidelis de S. Philippo, Ordinis Minorum Italus, de purissima Conceptione Virginis MARIAE Sermonem unum in Sabbatho post Cineres, in suo Quadragesimali. Impress. Panormi 1633. in 4. & Venetijs 1636.

Item, pro Immaculata Conceptione Matris Dei Domini nostre Panegyricum unum, & est in ordine 3. in sacris Panegyricis Sanctorum. Impress. Venetijs 1640. in 4. & incipit: Con quante figure.

Item, in lib. Theorematum moralia excerpta ex Psalm. 22. de augustissimo Eucharistie Sacramento, Theorem. 2. ad illud: Super semitas iustitiae, fol. 298. *Quod B. Virgo MARIA in utero B. Anne fuit à peccato originali præservata, &c.* Lib. impress. Neapoli 1638. in 4.

BE NEDICTUS Geronimus Burgenensis, Monachus Cœlestinus Lugdunensis, in suo Chronicon Sanctissimæ Deiparæ Virginis MARIAE, fol. 1. *Quod B. Virgo MARIA fuit sine peccato originali, ut do-*

cent SS. PP. & Theologi, quibus suffragatur Concilium Tridentinum. Impress. Lugduni 1637. in 4.  
Item, ad ann. 1370. fol. 316. inquit: Anno Domini 1370. Borbonius cognomento Bonus, regnante Carolo VI. Francorum Rege, cum totam spem suam in Christo, & Beata Virgine posuisse, videns Francorum Regem ab Anglis diripi, instituit ordinem Equestrem Cardui B. MARIE. Constatbat verò ex viginti sex Equitibus fortioribus, & nobilioribus totius Regni Gallie, prædicti vero Equites, in festo Conceptionis B. MARIE procedebant in magna gloria, portabantq; in extremitate torquis aurez imaginem Divae Virginis Sole amictam, duodecim argenteis stellis coronatam, atque semicirculum Lunæ sub pedibus habentem, &c. Vide etiam ad ann. 1419. ubi refert miraculum de Conceptione, & ad ann. 1292. atque 1553.

Item, in Viridario SS. Deiparae V. Mariae ex variis figuris veteris Testamenti, &c. sparsim per totum lib. agit de Immaculata Virginis Conceptione, ac immanitatem a peccato originali. Impress. Lugduni 1637. in 12. regali.

BENEDICTUS Gonzaga, citatur in libro, cuius titulus est: *Viva flammæ Virginis MARIE, pro mysterio Immaculatae Conceptionis*, quem librum invenire non potui.

BENEDICTUS Hacstenus Ultrajectinus, Ordinis S. Benedicti Monasterij Affligemensis Prepositus, Belga, scripsit Meditationes lacras in singulas Deiparæ Virginis festivitates, & in illis agit de Immaculata Virginis Conceptione. Lib. impr. Antwerpia 1634. in 12. Vide Hippol. Marrac. in Biblioth. folio 213. & in Catalogo Mariano.

Item, in lib. dicto: *Via Regia Crucis*, lib. 1. cap. 5. fol. 32. cum imagine Virginis, habet hæc carmina:

Si Cruci hand expers fit Virgo criminis expers,  
Noxia quid dubitas subdere colla Cruci?  
Ibidemque vocat ipsam Virginem Immaculatam; lib. impress. Antwerpia 1635. in 8. & in lib. dicto: Panis quotidianus, sive sacrarum Meditationum libri sex; folio 49. de Immaculata Conceptione gloriosissima & purissima Virginis Mariae Matris Filii Dei, usque ad fol. 64. agit latè de præservatione. Impress. Antwerpia 1629. in 12.

BENEDICTUS Justinianus Genuensis, Societas Jesu, in omnes B. Pauli Epistolas, tomo 1. in Prolegomenis de Apostolatu, disp. 1. num. 8. fol. 25. insinuat Virginem MARIAM immunitam fuisse a peccato originali.

Item, in explicatione Epistole B. Judæ, ad illa verba: Soli Deo Salvatori nostro, &c. num. 6. fol. 336. col. 1. Quod Deipara Virgo singulari prærogatio ab originali labe fuit penitus immunita. Lib. impr. Lugduni 1621. in fol.

Item, in explicatione Epist. ad Timotheum cap. 2. ad illud: Qui dedit redēptionem, &c. fol. 453. Quod B. Virgo MARIA fuit ab originali peccato immunita & tamen verè fuit redempta. Vide ibi.

Item, in explicatione Epist. ad Hebreos, c. 1. ad finem, n. 14. fol. 1631. col. 1. Quod Virgo Beatissima, statim a suo Conceptu gratiam, sanctitatem, & institutam originalem haurierit rūa cum natura, & omnem labem antevertit, &c.

Item, in eadem Epistolâ, cap. 2. fol. 638. col. 1. Quod Beatissima Virgo eximio quodam, ac planè singulari Dei beneficio, primæ illa primorum parentum labe penitus caruerit. Lib. impress. Lugduni 1613. in fol.

Item, in Epist. 1. B. Joan. Apost. ad illud: Si dicimus, quoniam peccatum non habemus, &c. cap. 1. vers. 8. habet pro *Immaculata Virginis Conceptione* explanationem latissimam à fol. 46. usq; 71. Lib. impress. Lugduni 1625. in fol.

BENEDICTUS Mandinus, Clericus Regularis Theatinus, in exposit. Hierem. Proph. cap. 1. de *Conceptione Immaculatae V. MARIE* agit latitudine à fol. 304. usq; 414. ubi quamplura pro hoc mysterio invenies. Confule etiam indicem verbo *MARIA*.

Item, ad finem libri adducit indicem concordiorum pro die *Conceptionis V. MARIE*. Impress. Neapoli 1620. in fol.

BENEDICTUS Marabotus à Monte Regali, Monachus Benedictinus, edidit officium Sacri Rosarii B. MARIE Virginis, pro prima Dominica Octobris, & in primo fol. habet pulcherrimam imaginem Immaculatae Conceptionis circumdatam omnibus attributis, & illa subscriptione Del Patris: *Tota pulchra es amica mea, & macula non pinitur; quæ omnia sunt protetiva pia sententia.*

Item, in primo Nocturno vocat MARIAM Immaculatam, intemeratam, Virginem prudentem, & mulierem fortem, qua insidiatoris capit contrinxit. Vide etiam leet. 7. & 8. Lib. impress. Mediolani 1579. in 12. regali.

BENEDICTUS Milanus, Complutensis Hispanus, de Equitibus Deipara Virginis Conceptio. Ed. giam unam. Romæ 1632. in 8. fol. 170.

BENEDICTUS de Montedoy, Hispanus Posta, edidit Cantionem pro integrerrima Conceptione Deiparae MARIE. Exrat apud Didacum Cano de Conceptione, fol. 76.

BENEDICTUS N. Canonista antiquus, datur in capite Raynuntius, verbo: Et sibi, n. mero 20. & sequentibus, pro mysterio Immaculatae Conceptionis: sed nescio quis, vel qualis fuerit illi Auctor.

BENEDICTUS Pereira, Societas Jesu Hispanus: *Quod B. Virgo MARIA peccato Adami mulier fuit infecta*, in Commentarijs super Danielen, lib. 5. impress. Rom. 1587. in fol. & Antwerpia anno 1594. in 4.

BENEDICTUS de la Serna, quondam Generalis Ordinis S. Benedicti Hispanus, scripsit integrum lib. sub hoc tit. *Triunfo de MARIA Santissima*, declarase el modo de su præservation de la infecçion, y el lugar que tuvo en el orden de la grata &c. Lib. impress. Hispali 1655. in fol.

BENEDICTUS Uvaldus, Civis & Episcops Perusinus, ac S. R. E. Card. erexit Bononia ante templū B.P.N. Francisci columnam eum hæc inscriptione: Ob suam erga sacrum Divi Francisci Ordinem propensam voluntatem, hanc columnam Immaculatae Conceptionis erigendam curavit, & tanta fuit, suæ domus proteætricis simulacro proprium nomen in adorationem submitti voluit, cumque gubernatæ Civitatis tranquillitatem ejudem Virginis nomine acceptam ferat gratiam, quam illi habet, hoc marmore testari jussit, ann. Domini 1637. &c. Vide Purpur. Marian. fol. 52.

BENIGNUS à Genua, Ordinis Minorum Generalis Minister Italus, scripsit litteras patentes ad totam Seraphicam Religionem circa votum, seu juramentum præstandum ab omnibus Fratribus, Clericis, & Laicis pro defensione mysterii Immaculatae Conceptionis, ubi etiam præstat formam juramenti.

menti. Habemus ejus patentes litteras originales expeditas die 31. Maij anni 1621. Extant etiam apud Antonium Dazam, in tract. de Conceptione, cap. 7. fol. 61.

Item, scripta Epistolam ad Philippum III. His panarum Regem, pro Immaculata Virginis Conceptione, & incipit: Aunque el servicio, que V. Magestad, &c. data est die 15. Septembris, ann. 1618. & extat. impress.

BENTUS Gil, Doctor Hispanus, in libro de excellentia salutationis Angelicæ, Ave MARIA, fol. 23. postquam dixerat, Ave intemerata, Ave singularis, Ave Immaculata, Ave inculpabilis, Ave purissima, Ave decora, &c. fol. 41. inquit: Foy de gracia de sua sacratissima Conceptione, purissima, & preservada de toda culpa; foy d' em toda sua vida sempre sancta, sempre pura, sempre milagrosa; Lib. impress. Ulyssip. 1613. in 16.

Item, in libro, seu tractatu explicationis Salve Regina, sparsim per totum lib. vocat B. Virginem puram, purissimam, & altissimam perfectionis à suo principio, pulchram, &c. Auroram, electam ut Sol; Lib. impress. Ulyssip. 1617.

BERENGARIUS Mercatoris, Decanus sacra Facultatis Theologæ Parisiensis, exposuit causam R. P. Joannis Veri Ordinis Prædicatorum coram Universitate, circa propositiones prædictas Dieppæ, contra Immaculatam Virginis Conceptionem, ut videre est in testimonio, & instrumento impress. in charta expansa antiquis characteribus, quod extat apud nos. Vide verba Joannis Veri, & Arthurii Fillon.

BERNARDINUS Amicus de Gallipoli, Ordinis Minorum Italus, in Tractatu de Terra sancta cap. 38. fol. 49. De Ecclesia Sancte Anne, ubi Concepta fuit Beata Virgo Maria. Lib. impress. Florentia 1620. in folio cum figuris.

BERNARDINUS de los Angeles, Ordinis Minorum Hispanus, typis mandari curavit duos tomos, in quibus de Immaculata Virginis Conceptione sunt diversi discursus. Impress. Hispali 1616. & 1617. in 4.

BERNARDINUS à Sancto Antonio, Ordinis Sanctissima Trinitatis Redempcionis captivorum Hispanus, in libro: Epitome Generalium Redempcionis captivorum, &c. lib. 1. capite 10. fol. 48. agit de Immaculata Conceptione, & adducit carmina illa Roberti Gaguini: Non satis audenter tibi Virgo nescia fordinis, &c. Et alia plura ex Roberto Gaguino, & Emanuele Reynazo de eadem Conceptione fol. 50. Lib. impress. Ulyssiponæ anno 1623. in 4.

BERNARDINUS de Arevalo, Ordinis Minorum, in quadam libro manufer. existente in Conventu del Abrojo, de festivitate Conceptionis, inquit: Festum est innocentie, & puritatis sacratissime Virginis, quæ ex quo cœpit esse, fuit sancta, id est, omni tempore, omni die, omni hora semper fuit sancta, & benedicta. Ita Antonius Daza ejusdem Provincie filius, in tractatu de Conceptione, cap. 6. fol. 43.

BERNARDINUS Baldi de Urbino, Abbas del Vaftalla, in libro: Corona anni, ad diem 8. Decembris habet Cantionem de Conceptione Virginis MARIE, fol. 50. Lib. impress. Romæ 1555. in 12. & 1556.

BERNARDINUS Bonavoglia, Fulginaten. Italus, in libro: Quintuplices sacrae, quadragesimales inventiones, Dominica 4. inventione 4. fol.

272. inquit: Tu dominaris potestati maris; & meritò ita hanc Dei actionem extollit David, cùm solus ipse potestati maris amarissimi, & falsissimi peccati dominetur, solus à peccato per naturam sit immuni, & ceteris hominibus (excepta MARIA per gratiam) hujus maris undis, aliqua ex parte subjectis; regatur enim aquis superiora nostra. Impress. Romæ anno 1606. in 4.

Item, in Sermone Sabbathi post cineres, fol.

53. inquit: Auxilium denique erga Virginem in sua Conceptione tunc paruit, quando venit ad eam benedictus Deus, circa quartam vigiliam noctis; prima enim vigilia, fuit seminum commixtio; secunda, corporis organizatio; tercia, animæ infusio; quarta, gratie collatio in illo instanti, in quo de lege communis sub peccato esse debebat, & tunc in hac quarta, scilicet vigilia, præservata fuit. Ex impress. Coloniæ ann. 1607. in 8. vide etiam fol. 351.

BERNARDINUS de Bustis, Ordinis Minorum Italus Mediolanensis, in suo Mariali, seu Sermonibus de Beatissima Virgine, tom. 3. sub hoc titulo: Articul. prim. in quo tractatur de Immaculata Conceptione, & peculiari nomine perpetuum silentium nuncupatur de Conceptione Virginis purissima Sermones novem. Mediolani, anno 1494. in 4. & Argentinæ 1502. & 1498. & Coloniae 1607. à fol. 1. usque 96.

Item, edidit opusculum de Immaculata Conceptione ad Innocentium VIII. quod incipit: Innocentissima Dei Virgo, Beatissime Pater. Impress. per Uldericum Scinzencher, anno 1482. in 4. & continet ea, qua extant in Mariali.

Item, elaboravit officium egregium de Conceptione Immaculata V. MARIE, quod Sixtus IV. Pont. Max. approbavit. Impress. Argentinæ 1502. in 4. & 1498. & Lugduni 1502. in 4. fol. 150.

BERNARDINUS sive BERNARDUS Cardenas, Ordinis Sancti Basili Hispanus, edidit Poëma pro Immaculata Virginis Conceptione. Extat in lib. impress. Hispali 1616. fol. 33. Item, aliud Poëma pro eadem Immaculata Conceptione folio 97. Item, pro eadem Immaculata Conceptione, Poëma alterum folio 43.

Item, pro Immaculata Conceptione Poëma alterum fol. 62. Item, pro Immaculata Conceptione Virginis MARIE Poëmata tria lingua Cantabrica & Macaronica ibidem folio 68. & 69. Item, aliud Poëma pro eadem Immaculata Conceptione folio 70.

BERNARDINUS à Cherio, Ordinis Minorum Pedemontanus, divina revelatione intellexit fore, ut sava lues, quæ Genitensem Urbem depopulabatur illicet cessaret, si Senatus publicè ad Immaculata Conceptionis Beatae Virginis honorem supplicatione insituta, voto ab omnibus nuncupato, illius diei festum perenni cultu celebraret, &c. Carolus de Aremberg, in libro dicto: Flores Seraphici. Impress. Coloniae 1640.

BERNARDINUS Durantes à Neapoli, Theologus Italus, in lib. Decacordio magnifico in dieci discorsi, sopra il Canticello della Vergine, &c. discurs. t. fol. 1. t. Quid Virgo MARIA ab instanti sua Conceptionis habuit nsum rationis, & quid fuit prevenita, & præservata, passim. Vide ibi, fol. 57. discurs. 4. Lib. impress. Neapoli 1615. in 4.

BERNARDINUS de Felto, Ordinis Minorum, in Concionibus de perfectione vita Christianæ, plura scripsit pro Immaculata V. MARIE Conceptione, ut testatur Antonius Daza, lib. de Con-

ceptione Immaculata, capite 6. folio 42.

**BERNARDINUS** Gomeius Miedis, Archidiaconus Saguntinus, & Canonicus Valentinus Hispanus, in lib. seu Commentarijs de Sale, lib. n. 108. fol. 734. sic inquit: Quibus de causis, ut unico tandem ac præcellentis salis exemplo, tot, tantaq; ejus mysteria obsignemus, iamq; protractos in multam noctem sermones peroremus, per pulchrum equidem, atq; æterna dignum commemoratione cuiusdam Oratoris factum, dicitis subjiciam, quo ille pro symbolo sic usus fuit, ut per commendatum a se non verbis, sed facto salem non minus propositum præmium, quam nomen sibi gloriosum, ac sempiternum fuerit consecutus; idq; Lutetiae Parisiorum, ubi tunc ipse aderam Philosophia auditor, ideoq; rem omnem fidelissime narrabo: Siquidem ad felium Conceptionis V. quid Galli colunt, valde piè, in quadam ejus facella, propositum fuerat præmium eximum in illius laudem gravius, atq; excellentiū dictu, si tamen es affumeret aliam, & intemeratam Virginem, non modò Conceptus puritate, ac privilegio, verum sapientia, omnibusq; alijs, excellentissimis sincera naturæ bonis, universis mortalibus praestitisse. De quo certè arduo, atq; inexhausto arguento, pleriq; suggestum ascendentis, graviter, copiosè, ac præleganter dixerunt; nam collectis rerum naturalium apicibus, quidam à lapidibus, quidam à metallis, à plantis non pauci, ab animalibus plures, idemq; à singulis elementorum, atq; coelestium astrorum facultatibus, proprias cuiusq; rei vires decerpserant; quidam, aut ut exempla, aut ut similia sive per symbola, sive enigmata in magna, ac præexcellenti Virginis laude posuerant. Tum omnium postremus Orator ille, quem proposui suggestum tanquam dicturus ascendit. Qui cum ex longa mora, quasiq; indito silentio, omnium in se oculos atq; animos convertisset, candidum, ac perlucidum gemmei salis globulum è sinu protulit, ipsumq; è suggestu sericea appensum chordula dimittens; Dixi, inquit, ac protinus è suggestu descehdit. Quæres in stuporem primò, atque in ipsum propè argumenti contemptum, & injuriam cunctos adduxis, verum post magnam de ea re ab eisdem habitam commemorationem, torque divina de Virgine mysteria, per ipsasmet salis facultates, ac mysticos de eo sensus animo conceptos & reguflatos, tam incredibilem Salislator ille admirationem omnibus iniecit, ut non modò iudicet, sed spectatorum omnium communis sententia palma fuerit donatus. Quo in circulo, qui ex omnium scientiarum viris undiq; peritissimis concludebatur, si nostri interfuerint contubernales, atq; tam multa salis mysteria, quæ ferebantur intellexissent, profectò à sua perquam insulsa de sale hæc discessissent, mi Quintana, iamque salem nobiscum convero animo laudassent. Lib. impress. Valentia 1578. in 4.

**BERNARDINUS** Kaliskius, Ordinis Minorum Polonus, edidit lib. sub hoc titulo: Lacolicum Novellæ Provinciæ Russiæ, titulus *Immaculatae Conceptionis B. V. MARIE insignitæ*, aliquotvè ejusdem locorum, & Conventuum Myrrahothecium, &c. laborat. Leopoli 1647. in 4. extat apud nos manusc.

**BERNARDINUS** de Laredo, Ordinis Minorum Hispanus, in lib. dicto: Subida del Monte Sion, in Iosephina, seu Relatione Mysteriorum S.

Joseph, §. 5. fol. 204. inquit: Pues como la Sabiduría eterna tenia dende siempre querido, y determinado vestirse nuestra librea, aparejó desde siempre, ad initio, & ante secula una pieza de tapaño, qual convenia alque se avia de vestir. Esta fu la Serenísima Virgen, preservada desde siempre de todo linage de peccado, como convenia que fuese el precioso relicario, en el qual una piedra tan preciosa queria. Dios incorporar. Lib. impress. Medina 1542. in 4.

Item, lib. 2. cap. 12. folio 59. & 72. *Quod Virgo MARIA* sicut purissima, ac preservata ab omni peccato, &c.

**BERNARDINUS** de Leon, Ordinis Praemonstratensis Hispanus, de *Immaculata Virginis Conceptione*, opusculorum tom. duos. Impress. 1626. in 4. **BERNARDINUS** de Montoya, Hispanus Postula, edidit Cautionem de *intemerata Dei Mariae MARIE Conceptione*, quam invenies apud Carolum de Conceptione, folio 75. & Glossas folio 79. & 81. & 82. & 87. & ad illud Psalm. Diligit Dominus portas Sion, &c. ibi folio 102. usque ad fol. 106.

Item, edidit aliam Cautionem regalem de *purissima Conceptione Virginis MARIE* impress. in Hippolyti de Olivares, ad finem.

**BERNARDINUS** Obicinus, Ordinis Minorum Italus, de *Conceptione Immaculata Virginis MARIE*, discursum. Venetijs 1621.

Item, de *Conceptione B. Virginis MARIE* Sermonum, in lib. Sermonum, à folio 58. impress. Venetijs 1613. in 4.

Item, in Sermon de Purificatione B. Virginis *Quod fuit munda ab omni peccato originali, & ceteris*.

Item, in lib. eius titulus Italice est: Trattati de quattro novissimi &c. in Sermon de Nativitate Virginis, fol. 235. inquit: MARIA trovò la gratia propriamente più di tutti, quanto agli effetti principali d'essa gratia, che fondò de due cose, cioè a operar il bene, & a eschifar il peccato, è tal gratia trovò MARIA perfettissimamente, che quanto al eschifar il peccato non habbe mai peccato alcuno attuale, ne anco veniale, è fù preservata del originale mala su Concezione, &c. Lib. impress. Bergomi 1610. in 8.

**BERNARDINUS** Realinus, Societas Jesu Italus, tam versibus, quam soluta oratione *Immaculatae Virginis MARIE* Concepimus celebravit, ut refert Joannes Antonius Velazquez, lib. 4. de *Maria Immaculata* concepta, dissert. 9. annos. 2. fol. 30.

Item, cum primò lecto surgebat, ad sanctissimam Virginem ter dicebat orationem hanc, facta signo Crucis super cor: *Per sanctam Virginitatem, & Immaculatam Conceptionem tuam purissima Virgo, emula cor, & carnem meam, in nomine Patris, & Fili, & Spiritus Sancti, Amen. Vide Joannem Antonium Velazquez ubi supra. Ita etiam in vita ipsius, scripta per Reverendum Patrem Alphonsum de Andrade Hispanum, cap. 17. fol. 29. Lib. impress. Matrii 1651. in 4.*

**BERNARDINUS** Rossinolitus Ulmetanus, Societas Jesu, in libro de disciplina Christianæ perfectionis, folio 225. & 254. & 370. dicit: *Quod in Virgine Dei Matre nullus fomes fuit: quia Dei genitrix fuit: in ejus utero sunt sanctitas, & innocentia singularis, nepote sanctissima, & plena omni gratia, quæ antecelluit Angelorum ordines, excepta Christi humanitate. Lib. impress. Venetijs 1601. in 4.*

**BERNARDINUS** de Sandoval, Canonicus Toleranus Hispanus, in lib. seu *Tract. de officio Ecclesiastico canonico*, par. 2. cap. 4. fol. 36. celebret

declaratione festivitatis Immaculate Conceptionis. Vide lib. impref. Toleti anno 1578. in folio.  
BERNARDINUS Seguntius, Hispanus, editit Sermones pro Immaculata Virginis Conceptione. Sic Hippol. Marat. in Catal. ad annum 1584.

BERNARDINUS Senensis, Ordinis Minorum Sanctus, natione Italus, scripsit tract. seu librum pro mysterio Immaculatae Conceptionis B. Virginis ut referunt Nomenclarores, Ghererus, Leon; quem videt M.S. & legit Bernardinus de Bustos, ut ipse met testatur in suo Mariali, & cum ego essem Senensis in celo ejusdem Sancti, anno 1655. ubi omnes Bernardini manuscripti libri asservantur, quæsivi, sed invenire non potui; in multis tamen locis suorum operum agit de hoc mysterio.

Item, tom. 4. suorum operum, Serm. in ordine 4. est de Conceptione Virginis, & incipit: Sicut sol oriens. Et quia Adversarij citant ipsum sanctum, ac Sermonem pro se, operè pretium erit omnia ejus verba ad nostrum assumptum pertinentia, hic ad litteram transcribere; ait ergo, seu incipit sic: Sacramentum glorioissimæ Virginis Mariæ Dei sublimissimum, ad reverendum devotissimum, ad tractandum dulcissimum, ad contemplandum hodie, dilectissimi, proponitur nobis: gloriofa equidem dies ita, quæ jubat solaris lumenis nobis affect, dum concepcionis nobis pronuntiat Dei Matrem. Elevamus igitur omnem pietatis affectum, afferamus omnem nostrum ornatum, erigamus, & illuminemus cunctis viribus intellectum ad illam, quæ vigore, dulcore, atque splendore suo cunctas pias mentes inflamat, inflammatas illuminat, illuminatas corroborat, ut sciant, velint, & possint Filij sui vestigia imitari, quia sicut supra Ecclesiast. testatur, ipsa spiritualiter est sicut Sol oriens in mundo; in quibus verbis sapientia Dei describit triplicem gratiosum B. Virginis statum; primum Conceptionis secundum Nativitatis; tertium Annuntiationis. Primum, scilicet ejus Conceptionem, dicit esse sicut Solem, quasi eum est post montes in Aurora, quia adhuc clausa erat in utero Matris in tempore sua Conceptionis; & de illo statu Virginis, Cant. 6. Angeli dicunt: Quæ est ista, quæ progreditur quasi Aurora consurgens? Secundum ejus statum, scilicet Nativitatem, dicit orientem Solem, scilicet cum ascendit a montibus orientis, ac irradiat mundum in ortu suo; & de duobus praedictis Prophetæ ait: Tu fabricatus es Auroram, & Solem, id est B. Virginem in Conceptione ejus, & Nativitate. Tertium ejus statum, scilicet Annuntiationem, & obumbrationem Spiritus Sancti dicit esse quasi Solem in mundo, id est, in altitudine cœli, cum ascendit super hemispherium nostrum in suo caloris astu, sicut fuit Beata Virgo in Conceptione Filii Dei,

Item, art. 1. de quatuor admirandis gratijs, quibus repleta fuit B. Virgo in sua Conceptione. Primus status B. Virginis fuit sua Conceptionis, & tunc fuit B. Virgo, sicut Sol in Aurora consurgens. In hoc statu contemplemur inter alios, quatuor ejus splendores; primus dicitur sanctitas; secundus claritas, seu luminositas; tertius charitas; quartus tranquillitas. De triplice sanctificatione sanctificatorum, & de admiranda sanctificatione B. Virginis in sua Conceptione, cap. 1. Primus splendor ejus sanctitas dici potest, dimissi autem scholasticis bellis circa Virginalem Conceptum, triplicem sanctificationem ad præsens discutiamus. Prima

est sanctificatio generalis, & haec quidem est illa, quæ sanctificantur homines per Ecclesiastica Sacra menta, quod fit maximè per Baptismum, & talis sanctificatio duo bona in homine operatur; primò enim removet culpan; secundò confert gratiam; tertio vero non remouet, sed remanet, scilicet peccati formes, & pronitas ad peccandum, quia & ventraliter, & mortaliter talis sanctificatus peccare potest. Et consecutivè prosequitur sic: Secunda est sanctificatio specialis, & talis per gratiam Spiritus Sancti condonatur. Ponit autem haec sanctitas animam in statu iustitiae consummata, & operatur in ea tria: primò removet culpan; secundo confert gratiam; tertio removet pronitatem, ne possit faciliter homo mortaliter inquinari. Cum igitur omnes in iniquitatibus concipiuntur, neminem unquam mortalium inter materna vicia legimus sanctificatum, præterquam Hieremiam, & Joannem Baptistam, quamquam de Beata Virgine nulla sit ambiguitas, sicut dicitur infra. Longè tamen maior sanctificatione Hieremias fuit sanctificatio Joannis Baptistæ; ille quidem in matris utero sanctificatus fuit, sicut legitur Hieremias 1. ubi dicitur: Priusquam te formarem in utero novi te, & antequam exires de vulva sanctificavi te. Joannes vero Spiritu Sancto repletus annuntiatur, unde Lucæ 1. air de Joanne Angelus Zachariæ: Spiritu Sancto replebitur adhuc ex utero matris sue; multò quippe excellentius est Spiritu Sancto repleri, quam à Spiritu Sancto sanctificari; ibi enim sanctificatio emundationem, hic replacio ultra hoc gratiæ mundationem designat. Deniq; Apostoli, qui manibus suis trætaverunt de Verbo vita, cum ut dicitur Joah. 26, Spiritum Sanctum iam de Salvatoris accepissent afflato; tandem quinquagesima à Resurrectione die, ad illum gradum ascenderunt, ut Act. 2. de eis diceretur: Repleti sunt omnes Spiritu Sancto; & licet Spiritus Sanctus largiori tunc munere credentium corda repleverit; hoc tamen Joannes in utero legitur assecutus, quod Apostolica celsitudo largiori promissione meruit obtinere, quamquam Apostoli tunc fuerint tanta Spiritus copiose firmati, ut omne peccatum mortale faciliter potuerint vitare, & etiam frequentiam venialium non tamē credo eos fore factos impossibilis ad peccandum, atque fideliter credo esse tenendum, quia illi duodecim Athletæ, veri mundi expugnatores, tantâ tunc gratiæ supervestiti fuerint, quod difficillimum fuisset eos ruere in mortalem culpam; firmiter asserendum est, quod postea nunquam mortaliter peccaverunt. Tertia vero fuit sanctificatio maternalis; & haec removet culpam originalem, & confert gratiam; & haec etiam removet pronitatem ad peccandum, tam venialiter, quam mortaliter; & haec fuit in B. Virginie Matre Dei. Sanè Deus ipse æternus, sicut mira sua sapientia creavit omnia, sic illam benedictam Matrem suam talem condidit, & sanctificavit in tempore, qualem eam sanctam elegit in sua æternitate, & talem, tam nobilitate naturæ, quam perfectione gratiæ condidit Matrem, qualem eam decebat habere suam glorioissimam maiestatem, quia in ea, & de ea decebat sumere, quod in æternum sibi erat unitum unitate personæ, de quo exiret pretium totius liberationis, & beatificationis humanæ. Et de haec Conceptione, Anselmus in lib. de Conceptu Virginis, sic ait: Decebat, ut illius Conceptionis de Ma-

tre purissima fieret, ea puritate, quā puritate major sub Deo nequit intelligi. Atq; de hoc rationem subiungens, ait: Cui Deus per unicum Filium, quem de corde suo genuit r̄qualem sibi, ita dare disponebat, ut naturaliter esset unus, idemque communis Dcī Patris, & Virginis Filius, quam & substantialiter Filius sibi Matrem facere eligebat, & de qua Spiritus Sanctus operatus est, ut de ea conciperetur, & nasceretur ille, de quo ipse procedebat, & per hoc decebat, ut illius hominis, scilicet Christi, Conceptio de Matre fieret, quā puritate nulla maior sub Deo posset intelligi.

Item, art. 3. cap. 2. fol. 111. inquit: Secundus verò huius Virginis ardor *impeccabilitas* nuncupatur; licet enim, sicut ex præcedenti patet, B. Virgo in sua Conceptione per gratiam adepta fuerit tantam fomitis restrictionem, quod non posset in aliquod peccatum adduci; remansit tamen fomes in ea secundum essentiam; sed sanctificatio hæc secunda in Conceptione Filij Dei superaddit in ea omnimodam fomitis restrictionem, eradicationem, & extinctionem, & in bono confirmationem, ita ut quæ prius poterat peccare, iam peccare non posset. Hæc duo expressit Angelus, Luc. 1. cùm ait: Spiritus Sanctus superveniet in te; & hæc quantum ad primum, & de secundo subiungit, dicens: Virtus Altissimi obumbrabit tibi. Secundum Bonavent. in 3. dist. 3. tomes peccati radieatur in carne, & ascendit usque ad mentem. In prima igitur sanctificatione Virginis tanta gratia perfectionis ei collata est, quod in eius sensualitate tantum gratiæ redundaret, ut fomes in aedē reprimeret, quod nullum aliquando affectum, vel incitamentum haberet. In secunda verò sanctificatione, in qua Spiritus Sanctus non tantum descendit in mentem, sed etiam in ipsam carnem, & de carne operatus mirabiliter est, carnem eam sine macula fabricando, reliquit ipsius carnem immaculatam, extirpando in ea, & fomitem, & omnem concupiscentiam, ita quod peccare non posset; & hoc sentit Bernardus, & Magister Sent. & Damascenus.

Item, art. 1. cap. 4. fol. 108. sic inquit idem Sanctus: Poterat tamen secundum Thom. habere aliquos subitos motus non præordinatos à ratione; porro in Domino Iesu Christo aliquid amplius fuit; nam sic inferior appetitus in eo rationi subiectus erat, quod ad nihil mouebatur, nisi secundum ordinem rationis, & hoc est, secundum quod ratio ordinabat, vel permittebat appetitum inferiorem moveri à proprio motu; hoc enim videtur ad primi statū integratatem pertinuisse, ut inferiores vires subderentur totaliter rationi; quæ quidem subiectio per peccatum primi Parentis sublata est; & non tantum in ipso, sed etiam in alijs, qui contrahunt ab ipso peccatum originale. In quibus etiam postquam mundantur à culpa per gratiæ Sacramentum, remanet rebello, vel inobedientia virium inferiorum ad rationem, quæ dicitur fomes peccati, qui nullo modo in Christo fuit, sed in Beata Virgine non erant inferiores vires totaliter rationi subiectæ, ut sic nulum motum haberent à ratione non præordinatum; tamen sic per virtutem gratiæ cohibebantur, quod nullo modo moveri poterant contra imperium rationis; propter hoc dici solet, quod in B. Virgine post primam sanctificationem remansit fomes secundum substantiam, sed ligatus. Hæc Thomas.

Item, tom. 2. suorum operum Sermon 49. in die Martis post Pascha, de Amore gloriofo, & incipit: Ecce quā bonum, parte prima principalis, fol. 427. inquit: Dico primò, quod primus gradus istius tertie scalæ, est de pulchritudine Angelorum, & dico, quod minimus Angelus existens in vita æterna, est decies pulchrior, quā sit pulchritudo anima, quam unquam fecerit Deus, & quā anima Sancti Joannis Baptiste, excepta anima Christi, & Virginis gloriose; & licet dicatur Marth. 11. quod inter natos mulierum, non surrexit maior Joanne Baptista, tamen qui minor est inter Angelos in vita est minor eo valde. Et nota illud dicere, quod inter natos mulierum non surrexit maior Joanne Baptista; vult dicere, quod Joannis Baptiste anima est maior omnibus animabus natis ex muliere; & Christus cavit se extra, & Virginem gloriosam occulte, si bene advertis suum loquium, quia dixit: Non surrexit, quia nullus dicitur levare, leu surgere, qui non cecidit in aliquo peccato conceptionis, nec actualis, & similius Beata Virgo; ideo non sunt in illa regula, quia non occiderunt modo iam dicto, ideo non dicunt surgere sicut omnes ceteri homines, qui cecidunt, & cadunt ab Adam extrâ per peccatum originale. Tamen, utrum Beata Virgo fuerit conceputa peccato originali, Ecclesia non damnat, sed negat, quod non sunt in peccato conceputa, quia credere quod sit: Et dum pridie esse in Monasterio Carceris Diocesis Paduanæ in illo eloquio, cum quodam approbatæ Religionis viro, Dominofratre Bartholomæo de Sicilia ibi professo, reddidit mihi unam pulchram rationem, quare non erat credendum, Beatam Virginem fuisse conceputam ex peccato originali; dixit enim mihi Daniellus Purgilius, si bene percepi: Certum est, quod Deus creavit Adam sine peccato originali ex limo terra; deinde ex costa ejus creavit Eam, & sine peccato; & certum est, quod Christus incarnatus fuit Deus & Homo, & fuit major quam Adam, & Eva & majoris dignitatis; & tantum interest inter eos, quantum inter creatorem, & creaturam, modò non est credendum, quod ipse Filius Dei voluerit nasci ex Virgine, & sumere ejus carnem, quæ esse maculata ex aliquo peccato originali; immo credendum est, quod voluit sumere carnem ex carne purissima, & quod ejus Mater fuerit plus quam Eva, & Adam, qui creari fuerint sine peccato originali; quæ ratio mihi valde applauit. Entra quæsivi, si repererit in scriptis, & respondit, quod non, sed sic meditando sibi in mente occurrit.

Item, citant pro hac sententia illa Bernardini verba: Multiplicatio aquarum in area Noë, denotat gratiarum plenitudinem in MARIA, quæ elevarerunt arcum M A R I A M (in qua salvatum est universum semen generationis electæ) in sublimi à terra, id est, ab omni terrenitate, & amore infecto, quia ad hanc MARIAE puritatem, & munditatem nulla pars creatura ascendit, neque Angels, neque Virgines. Vide Antonium Velazquez, fol. 343.

Item, in Serm. 51. cap. 3. tom. 2. Congruebat illa que placuit Altissimo, ita ut fieret illius sponsa, & Virginis Filij sui, sic esset Immaculata mente, sicut fuit intemerata carne, &c. Vide, quomodo fuit intemerata anima.

Item, tom. 3. Serm. 11. art. 3. capite 1. inquit: Ubi est ergo summa plenitudo sanctitatis humanae, & Angelicæ, ibi semper Virgo Dei Mater præsta.

*me sibi sanctitatis iecit fundamenta, ibi detinuit gradum,  
& plantam fixit Virgineam.*

**BERNARDINUS** Juramini, Ordinis Minor. Italus, sub hoc tit. *Infæmunitas secunda D. Annae Sanctissima Matris Dei*, Poëma, seu representationem, ubi de præservatione. Romæ anno 1628. in 12.

**BERNARDINUS** de Villegas, Societatis Jesu Hispanus, in libro dicto: *Favores de la Virgen Sanctissima à sus devotos*, fol. 301. adducit *Officium in Concepcione Immaculata Beatisime Virginis MARIAE*, ut habetur in horis quibusdam antiquis, fol. 307. impress. Murciæ 1636. in 12.

Item, in libro *Solioquiorum ad finem*, plura scriptis de puritate Virginis MARIAE. Lib. impress. Matri 1642. in 16.

Item, cùm esset Magister Theologiae Compluti, die 19. Martij anno 1638. defendit in Thesibus publicis hanc conclusionem: *Beata V. MARIA non contraxit originalis debitum*, vel quia in ligno in quo initum est pactum fuerat ab ipso positivè exclusa ex meritis Christi, vel quia licet fuerit ingressa pactum, data est Virgini ex ejusdem meritis aliqua gratia diversa ab ea, quæ transfundenda erat ex Adamo; sic contraxit debitum carendi gratiam ex Adamo, corporalemque mortem ex hac parentia securam, secus debitum culpe. Impress. eodem anno, & assertor in Collegio Societatis Jesu, Complut.

**BERNARDINUS** Zanoneus à Reggio Longobardus, Societ. Jesu Italus, in lib. de vita Beatisimæ Virginis MARIAE, ac de ejus virtutibus, adducit de *Immaculata Virginis Concepcione Orationem preparatoria*, ubi plura pro hoc mysterio, à fol. 89. usque 102. impressi. Genuæ 1613. in 12.

**BERNARDUS** vel **BERNARDINUS** Aldrete Zamorens, Societatis Jesu Hispanus, tom. 1. in 3. par. Divi Thomæ, in multis, ac diversis locis assertor Virginem MARIAM suisse conceptam absque originali peccato. Vide verb. MARIA in indice.

Item, disput. 22. sub hoc titulo: *Utrum expeditius iuxta doctrinam praecedentis disput. quam in alijs sententijs defendi valeat, Virginem Deiparam caruisse debito proximo contumacie culpam originalen?* de quo punto agit latè per quatuordecim sectiones. fol. 233. usque 265. Lib. impress. Lugduni 1652. in folio.

Item, tom. 2. disp. 60. sect. 1. num. 12. fol. 260. *Quod Virgo MARIA votum Virginitatis emisit in primo sua Conceptionis momento, &c.* Lib. impress. Lugduni eodem anno.

**BERNARDUS** Aldrete, Canonicus Sanctæ Ecclesie Cordubensis citatur pro *Immaculata Virginis Concepcione*, ut refert Paulus Aresius de Incarnatione. Sed vidi librum de origine linguae Hispanicae, Castellana dictæ, seu Romane, imp. Romæ 1616. in 4. & librum de varijs Antiquitatibus Hispanicæ impress. Antwerpia 1614. in 4. regali, & in his nihil extat de hoc mysterio, hic autem non potest esse suprapositus Societatis Jesu, quia Paulus Aresius scriptis prius.

**BERNARDUS** Andreas Tolosatis, Poëta Laureatus, ac Regius Historicus, in operibus partim completis, partim incompletis, habet hæc: *Officium Immaculatae Conceptionis MARIAE Christi parentis Carmelitibus*, ad omnes horas, missam, & processioneum editum, ad serenissimam Reginam Matrem. In indice manusc. in Collegio Navarræ Parisii.

**BERNARDUS** Bahulius, Societatis Jesu Bel-

ga, Auctor lib. *Tot tibi sunt dotes Virgo, quot sidera cœlo: sic de Virg. Dei Matre MARIA cecinita*

*Nil illa melius, nihil est à Numinis maius  
Sumnum cœligenum, terrigenumque capiti*  
Exstat in libro Ericij Puteani, *Pietatis Thamata in proteum parthenium*, folio 103. Impress. Antwerpia 1517. in 4.

**BERNARDUS** Benedictus, Nicæensis Episcopus, in Synodo Dicecianæ, præcepit observandani esse festinatem *Conceptionis Beatae Virginis MARIAE*. Vide verb. *Castellanensis Ecclesia*.

**BERNARDUS** Bononiensis, & Episcopus Camericensis, in Epitome universali, ac *Sacrosancta Theologia*, &c. In Commentarijs 3. part. cap. 27. fol. 324. *Quod Virgo MARIA fuit in utero sanctificata, & gratia plena, &c.* Est interpretatio secundum mentem S. Thomæ. Lib. impress. Lugduni, anno 1579. in 8: regali.

**BERNARDUS** de Buftis, Ordinis Carmelitarum, scriptis pro *Immaculata Virginis Concepcione*. Ita Joannes a S. M. in supplici libello, fol. 331.

**BERNARDUS** Cartasius, Generalis Ordinis Carthusiensis, ed. curavit *Breviarium sui Ordinis*, in quo est officium in *solemnitate Conceptionis B. MARIAE Virginis*, cum lectionibus Sancti Brunonis. Impress. Lugduni 1587.

**BERNARDUS** Clareuallenensis Abbas, Sanctus, ac Patriarcha sua Religionis Cisterciensis, Serm. 4. in Vigilia Nativitatis Domini, fol. 46. inquit: *Benedicta tu in mulieribus, & beata sola inter mulieres, benedicta, & non maledicta, sola à generali maledictione libera, & dolore parturientium aliena, &c.* Si generalis maledictione fuit illa peccati originalis (nulla alia generaliter assignari potest, nam hæc sola comprehendit viros, & feminas) & ab hac fuit MARIA libera. ergo fuit absque originali concepta. Item, quid est benedicta, & non maledicta, nisi exempta ab illa prima maledictione culpa?

Item, Serm. 2. de Assumptione Virginis fol. 250. inquit: *Intret ergo dominum Salvator, & frequenter visiter eam, quam penitens Lazarus mundat, ordinat Martha, & Maria replet internæ dedita contemplationi. Sed forte curiosus quispiam requiret, cur in præsenti Evangelica lectione, nulla prorsus Lazari mentio fieri arbitror sanène id quidem à propria similitudine dissidere: Virginalem etenim dominum intelligi volens Spiritus, siluit non incongrue penitentiam, quæ malum utique comminatur, absit enim, ut proprii quicquam inquinandum domus hæc aliquando habuissent dicatur, ut pròinde scopula Lazarri quereretur. Quod si originalē à parentibus maculam traxit, sed minus à Hieremia sanctificatam in utero, aut non magis à Joanne, Spiritu Sancto repletam credere prohibet pietas Christiana; hæc enim festis laudibus nascens honatur. Postrem, cum omnimodi confiteri ab originali contagio sola gratia mundatam esse MARIAM; quippe cum & nunc in Baptismate sola hanc maculam lavet gratia, & sola eam raserit olim petra Circumcisio; nisi ut omnino pium est credere, proprium MARIA delictum non habuit; nihilominus ab innocentissimo corde, etiam penitentia longè fuit, &c.* Hanc Bernardi auctoritatatem miris laudant encomijs, quia existimant ipsi favere, sed immerito, nam expressissimum pro nobis est, quia sic ex ipsius verbis intelligi, & explicari debet. In primis affirmat Bernardus semel, & iterum, MARIAM nullum proprium inquinamentum, seu delictum habuisse. Secundò affirms,

affirmat, quod originalem maculam à parentibus traxit. Ut ergo Bernardi fluentem percipias, adverte, quod tam ipse, quam alij antiqui Patres vocabant peccatum originale, quod sonat ex vi vocabuli, id est, peccatum in origine, in radice, in parentibus, videlicet existens in illa concupiscentia, vel inordinato appetitu generationis activa parentum. Ex hoc peccato originali primò, & necessariò presupposito, in naturaliter genitis via communis ex viro & feminis, resultabat vel necessariò consequebatur tamquam quoddam contagium peccatum generationis passivæ, seu proli genita, seu filii, quod nunc propriè post Concilium Tridentinum vocamus originale proprium cuiuscunque geniti, contractum in ipsa infusione, ac unione animæ ad corpus. Inquit ergo Bernardus: MARIA originalem à parentibus maculam traxit, id est, fuit genita à parentibus modo naturali, & communis ex concupiscentia, & appetitu; sed proprium nullum inquinamentum, nec delictum habuit, quia ab originali illo contagio ipsa sola in toto mundo mundata fuit; & confirmator ex eisdem verbis Bernardi: Absit enim, ut proprij quicquam inquinamenti, hæc aliquando habuisset dicatur; si enim habuisset originale in sua animatione, iam quicquam, & aliquando habuisset inquinamentum; nam in questione de Conceptione hoc queritur, & controversitur, an MARIA fuerit coquingata, nec ne? Deinde clarè affirmat Bernardus, quod MARIA non habuit illud contagium, & maculam, quæ in Baptismate lavatur, & in Circumcisione radebat; hæc autem est propria, & passiva in animatione contracta, non vero illa activa in parentibus existens, vel à parentibus traxta ratione inordinari appetitus, vel concupiscentia, alij aliter explicant hanc Bernardi auctoritatem.

Item, Serm. 4. de eadem Assumptione, columnā 256. inquit: Virum penitus non cognosco, nec filij desiderio, nec spe proli (forte dicendum erat, nec iponsi desiderio) Quanta verò, & quam pretiosa humilitatis virtus cum tanta puritate, cum innocentia tanta, cum conscientia prorsus absque delicto, imò cum tanta gratia plenitudine, &c. Si MARIA fuit pura, innocens, & prorsus absque delicto: ergo non contraxit originale, nam cum ipso non stat innocentia, quia sub ratione delicti comprehenditur originale.

Item, colum. 1666. habet Sermonem sub hoc titulo: Sermo unde supra; vel potius debet legi, in Conceptione Beatisimæ Virginis, ubi sic inquit Bernardus, sive quisquis illius Auctor est: Germinat igitur virga Jesse de tortuosa radice generis humani, & Patriarcharum arbore, & in altitudinem, & rectitudinem erumpens, omnem ignorantiam nobilitatem, & tenebras nescit fructuosa quæque non habet, &c. Ergo si virga illa Jesse MARIA ex tortuosa radice habuit rectitudinem, nec ullam habuit nodositatem, vel aliquod fructicosum, videtur indicare, fuisse absque omni peccato, etiam originali; nam illud indicat tortuosa radix generis humani.

Item, Serm. de verbis Apocalypsis, qui incipit: Signum magnum, & est in operibus ejus, col. 263. habet sequentia: Nam & defectus omnis subea, & quidquid fragilitatis, seu corruptionis est, excellentissima quadam sublimitate praeter ceteris omnibus excedit, & supergreditur creaturis, ut merito sub pedibus ejus Luna esse dicatur, &c. Candidissi-

mus sanè, sed & calidissimus hujus mulieris amictus, cuius omnia tam excellenter irradiata noscuntur, ut nihil in ea, non dico tenebrosum, sed obscurum saltum, vel minus lucidum, sed ne tepidum quidem aliqual, aut non ferre venit, liceat suspicari, &c. Quid considercum micat in generatione MARIE, & planè quod ex Regibus orta, quod ex semine Abraham, quod genitrix stirpe David, si id parum videtur, addere, quod generationis illi ob singulare privilegium sanctitatis dominus nescitur esse concessa, quod longè ante eisdem patribus cœlitus reprobomissa, quod mysticis praefigurata miraculis, quod oraculis pronuntiata prophetis, &c. Hæc omnia Bernardi verba omnino dam prædicant Virginis MARIE puritatem, & innocentiam.

Item, Sermone sequenti deprecatorio ad Virginem, inquit: Hortus conelulus tu es Dei Genitrix, ad quem deflorandum manus peccatoris nesciavit, &c. Ipse enim Sol Justitiae de te processus, Hortum suum quadam matutina irradiatus præveniens, in te lucis sua radios copiosè transfiguravit, quibus potestas tenebrarum, quas Era predextræ, in fugam convertisti, &c. Tu ergo pulchra es Luna, immò & pulchrior Luna, quia tota pulchritudo & macula non est in te, neque vici studinis obumbras. Tu electa es ut sol, ille inquam Sol solis conditoris, ille enim electus est ex millibus virorum tuorum, & ex millibus feminarum; ille electus ex omnibus, quæ sunt; tu electa & omnibus, quæ per lum sunt, &c.

Item, Serm. 13. in Cena Domini, columnā 13. inquit: Quis unquam hominum ex apostata inde primi parentis exortus, potuit, vel poterit, quod aliquo transgressionis nœvo, cum omnib[us] charitatis, inconcusa, & immaculata Christi servare præcepta, sicut ipse in totum, & in parta sui Patris servavit mandata, qui peccatum non fecit, nec unquam peccare jam potuit, nec peccare jam voluit? Non est in filiis hominum Magnus, & parvus tanta prædictus sanctitate, nec tanis Religionis privilegiatus honore, qui non in pacem servat conceptus, prater Matrem Immaculatam, peccata facientis, sed peccata mundi tollentis, de quacum de peccatis agitur, nullam prorsus volo habere questionem, &c.

Item, Sermone de privilegijs B. Joannis Baptiste, col. 1685. inquit: Secundus honor est sanctificatio in utero Matris. Quicumque de massa participationis mundum ingredimur, longam relin originalis peccati nobilem trahimus; solus illi, qui peccatum non fecit, excipitur, quem Virginis uteri thalamus ignorantis virum terret, & cedit. Longè quippe aliter quam nos, & dissimili modo, conceptus est, Spiritu Sancto tota maxime Virginem inundante, superans usum carnis, naturæ ordinem, viri commixtionem; sic quippe decebat, ut peccatum nesciret, qui peccatum tollebat, ut similitudinem carnis peccati suscipere, non autem carnem peccati, cum igitur omnes in iniquitatibus concepti sint, neminem unquam mortalium intra materna viscera sanctificatum legimus preter Hieremiam, & Joan. Baptistam, quamquam, & de singulari Virginis nulla sit ambiguitas, quin ipsa maternis circumcepta visceribus, sublimiori sanctificatione genere mundata sit, utpote sanctuarium illud, in quo Deus, & Dei Filius carnem fuerat susceptus, sed longe minor Hieremiz sanctificatio, quam Joannis; ille quidem in utero matris sanctificatus, hic

Spiritu Sancto repletus fuisse cognoscitur, &c. Attende obsecro diligenter, quām ordinata dispositione Spiritus ille multiplex Hieremiam sanctificat. Joannem replet, & supervenit in MARIAM, & Hieremias quidem admiranda sanctificatio, quā est in peccato conceptus est, nascitur tamen sine peccato. Ante enim quām exiret de ventre sanctificatus est; nec poterat nasci non sanctus, qui in utero Matris erat sanctificatus. Mira res, & à transactis laceris non audita! hominem conceptum in peccatis, nasci sine peccato. Joannem verò longè gloriōsior virtus implevit, qui & sanctificatus est a peccato, & ita dominante Spiritu superfulsus est, ut purgatus exeat, & repletus; verè magnus coram Domino, quem Angelus nuntiat, sanctificat Deus, Spiritus replet, vita commendat. Ineffabiliori modo supervenit in Virginem, quam tota Divinitatis plenitudo sine mensura discretione perfudit, ut totum caperet, quod fecit totum, ut non solum à peccatis abluta & repleta Spiritu Sancto, sed & de Spiritu Sancto concepisse credatur, quia quod in ea natū est, de Spiritu Sancto est. Inde est, quod singulari prerogativa Fides Catholica Filium Dei natū de Virgine, conceptum de Spiritu Sancto confitetur, ut divinitatis, & humanitatis indivisibilis adunata connexio, vocabulorum indifferentiā designetur. Vides ergo, quām remotiori privilegio speciosus forma p̄ filiis hominum à filiis hominum in concepiendo dīcretus sit: illi etenim de peccatis, & in peccatis concepti sunt; hic in Spiritu, & de Spiritu Sancto concipiuntur, &c. En omnia Bernardi verba, ad litteram transcripta, atque unus ex precipiū locis ab Adversariis pro se adductus solum probat, quod Virgo MARIA fuerit in utero sanctificata sublimiori longē modo, & singulariori sanctificatione; neque ex supra allegatis verbis potest deduci, an fuerit in primo, vel secundo instanti sanctificata? Dices, quod colligatur ex ultimis Bernardi verbis, fuisse post contractionem peccati; nam si omnes filii hominum de peccatis, & in peccatis concepti sunt, præter Christum; igitur omnes, Joannes, Hieremias, ac MARIA concepti sunt in peccato, secundum Bernardi sententiam. Sed respondeo, quod hic non assignat Sanctus Doctor differentiam Conceptionis Christi, & aliorum ex Conceptione præcisæ in peccato, sed quia conceptus fuit in Spiritu, & de Spiritu Sancto, quod nec Hieremias, Joannes, vel Virgo MARIA habuerunt. Deinde Hieremias fuit sanctificatus in utero, Joannes superexcellentiōri modo, & sanctificatus, & Spiritu Sancto repletus adhuc ex utero Matris sua; ut Virgo MARIA ineffabiliori modo fuit sanctificata, & ineffabilior modus fuit, ut explicat Bernardus, quod tota Divinitatis plenitudo, sine mensuræ discretione eam perfudit, ut totum caperet, qui fecit totum; igitur MARIA non solum sanctificata fuit, nec solum repleta Spiritu Sancto, sed secundum totam Divinitatis plenitudinem in sua generatione fuit à gratia, sine aliqua mensuræ discretione sanctificata, & perfusa; hæc autem cum peccato originali stare non possunt, nam sic non esset secundum totam Divinitatis plenitudinem perfecta, & sanctificata, ac per consequens esset cum mensura, & termino; siquidem Hieremias fuit sanctificatus, verbi gratiæ, à sua animatione post octo menses; Joannes post quatuor, vel sex; Virgo verò MARIA post unum diem, vel horam; igitur hoc non fuit

sine mensura sanctificari, nec secundum totam Divinitatis plenitudinem. Si autem fuit sanctificata à primo suæ animationis instanti, fuit sine mensura, & secundum totam Divinitatis plenitudinem, nam antequam esset, nec mensurabilis erat, nec poterat à Divinitate sanctificari, & sic totum capiebar, qui fecit totum, id est, totum tempus capiebat in sanctificatione Deiparæ, qui totum tempus fecerat, nempe Divinitas, & potentia ejus, cœpit facere in B. Virgine à primo sua Conceptionis instanti; nisi etiam velis dicere, quod cœpit facere ab ejus generatione seminis in utero Annae, & ab illo primo generationis actiue puncto cœpit facere totum Divinitas, secundum omnem suam plenitudinem, ut totum caperet, quod erat MARIA, & sic ab ipso puncto non solum fuit à peccatis abluta, ut Hieremias, nec repleta Spiritu Sancto, ut Joannes, sed ineffabiliori modo à gratia superflua; quia qui Hieremiam sanctificavit, Joannem replevit, supervenit in MARIAM; quid enim est supervenire, nisi prævenire? sicut dixerat Angelus: Spiritus Sanctus superveniet in te te præparando ad Conceptionem Verbi; sic (quantum ad significacionem loquor) supervenit in MARIAM præparando materiam ad Conceptionem, seu infusionem animæ Virginæ. Et hæc pro nunc dicta sufficiant.

Item, Sermon de Beata MARIA, qui incipit: Ave MARIA, col. 1691. inquit: Hæc MARIA à natura reverenter conservata, & à lege diligenter venerata, à gratia clementer præelecta. Natura (quod suum est) illibatam Virginem servando, lex reverenter eam ab alijs distinguendo, gratia Virginitatem sine semine fecundando; natura huic detulit, dum terra sine germine pareret in principio; lex, dum rubus arderet sine incendio; gratia, dum sine semine pareret Virgo, in hac enim habitavit Pater, & Filius, ut Creator in mundo, Imperator in regno, Pater familias in domo, Pontifex in templo, Sponsus in thalamo, prius enim Altissimus sibi eam, quasi mundum specialissimum creavit, quām in iustitia, & sanctitate coram ipso fundaret, & fluentijs sapientiæ irrigaret, &c. Ex his liquidò Bernardus conferat creationem MARIAE cum mundi creatione, discurrendo per singula, quæ facta fuerunt in illa prima rerum productione. Si ergo MARIA specialissimus fuit mundus creatus à Patre lumen, primò in ipsa creavit lucem. Vide de hac auctoritate R. P. Velazquez, fol. 153.

De hac igitur Virginis creatione, sub figura Arce loquitur Bernardus in fratribus: Bezaleel ergo cum socio Arcam testamenti fabricavit, sancta quoque Trinitas Virginem sanctificavit, ac templum sanctificatum consecravit, hospitiumque mundissimum sibi præparavit, thalamum quoque, de quo Sponsus p̄ filiis hominum speciosus ad publicum procederet, decenter præornavit, &c. Arca verò Testamenti de lignis setim facta est, & MARIA in spinoso, & hispido Iudeorum populo, & ariido procreata est; setim enim interpretatur spina; aliter Eva spina, Rosa MARIA. Revera Eva spina fuit, quæ & virum suum ad mortem punxit, & posteritati sue peccati aculeum infixit, &c. Deus de feminâ, sed Virgine descendente de spinosa Patrum origine dignatus est carnem assumere, ut similem simili redderet, contrarium contrario cutaret, pestiferam spinam evelleret, peccati chirographum potentissimè delerer. Humilitas per sexum feminæ

nem commendatur gloria Virginis, & maiestas opitulatur, peccatum gratia ejicitur. Eva ergo fuit spina, MARIA Rosa extitit; Eva spina vulnerando, MARIA Rosa omnium affectus mulcendo; Eva spina infigens omnibus mortem, MARIA Rosa redens salutiferam omnibus sorte; de liquore spinei corticis fuit incaustum, unde scribitur, de carnali mente Evae fluxus nascitur concupiscentia, quae in ipsa, & Adam peccatum actualiter in posteris originale etiam fudit, &c. quia licet MARIA de Patria natura per peccatum irritata diceret originem, precelecta tamen per Spiritum Sanctum, & præservata ad puram, Deum nobis obtulit, & hominem, &c. Quid clarius pro hac materia dici potest, vel excogitari?

Item, Sermon 4. super Salve Regina, columnæ 1743, inquit: Tu ergo natus Ecclesiæ similis es turri, celsa videlicet dignitate, firma gravitate. Turris Libani; Libanus mons, qui dicitur dealbatio, altam pra omnibus signat innocentiam tuam; innocentia fuit ab originalibus, & ab actualibus peccatis; nemo ita pater te. Unde auctoritas Augusti. Cum de peccatis agitur, nullam de Beata Virgine volumus fieri mentionem, ex eo enim maiorem credimus ei collatam virtutem ad vincendum ex omni parte peccatum, quæ concipere, & parere meruit eum, qui nullum habuit peccatum, ex omni, inquit, parte originalis, & ex parte actualis peccari; et ergo sola excepta, ceteri omnes quid dicere possunt, nisi quod ait. Apostolus Ioantes: Si dixerimus, quod peccatum non habemus, ipsi nos seducimus, & veritas in nobis non est. Ego quoque pia fide opinor, in utero Matris tua ab originalibus te absolutam peccatis, nec vana est fides, nec opinio falsa; denique & rationes, & auctoritates inveniuntur ista stipulantes, & quidem ratio sic: Si alij in utero Matris fuerint sanctificati, multò magis Mater Domini; sed Hieremias, & Joannes, alter sanctificatus, alter Spiritu Sancto repletus, in utero Matris leguntur; ergo & tu MARIA Genitrix Dei, quæ sola totam Spiritus Sancti gratiam possedisti, quam alij habuereris per partes, &c. Hoc Bernardus, ex quibus iterum constat, quod supra notavi, scilicet in generatione prolixi plura esse, vel dici originalia peccata: videlicet concupiscentia parentum, inordinatus appetitus, delectatio sensualis, & alia huiusmodi, de quibus passim apud Theologos; ab his omnibus fuit purgata, purificata, & absoluta materia illa, ex qua formatum fuit corpus MARIAE, & in hoc sensu verissima est sententia Bernardi. Ab aliis pro nunc superledeo.

Item, epist. 174, ad Canonicos Lugdunenses, de Conceptione Sancte MARIAE, col. 1537. ubi plura differit de sanctificatione in utero Matris sua, à cuius explanatione totaliter supersedeo, quia multi mentem Bernardi interpretari sunt. Vide quæ diximus in Sole Veritatis ex Henrico de Hassia, Angelo Manrique, Bivario, & alijs, &c.

Item, citatur tom. 2. serm. 51. par. 3. ubi sic habet: Conguebat, ut illa, quæ placuit Altissimo ita, ut fieret illius Sponsa, & Mater unigeniti Filii sui, sic esset Immaculata mente, sicut fuit intemerata carne, &c. Sed in carne nec minimam habuit labem: ergo nec in mente debuit habere; alias Deus plus sollicitus esset de carne, & corpore, quam de anima, & spiritu.

Item, aliqui citant Bernardum in quodam Sermon de Conceptione Virginis MARIAE; sed cum Bernardus in novissimis operibus habeat tres Sermones

de Conceptione, in quibus nihil reperio, ex illo solùm fuisse adductum ad comprobandum antiquitatem festivitatis.

BERNARDUS Colganus, Societas Jesu, ius, fus, ut concionaret ad diem octavam Decemb. examinis existens inter sacrificandum opem Deo, ac Dei Matre petivit; at illi Angelus e celo veniens clausam schedulam dedisse fertur; gloriavit Bernardus, & dixit, seipsum quoque minime supergressus. Ita Joannes Hadafius in suis Annalibus Marianis, num. 1045, fol. 494.

BERNARDUS Escudetus, Clericus, Presbyter Hispanus, cum omni sua schola fecit votum, iuramentum protuendo mysterio Immaculatae Conceptionis Virginis MARIAE, &c. Impress. Matrii die 23. Martij 1653.

BERNARDUS Gallemart, Ordinis Minorum Flander, in Thesibus habitis Insulis in Capitulo Provinciali die 16. Aprilis 1662. defendit Virginem non contraxisse peccatum originale, &c. Sub R. P. Melithone de Fontaine. Impress. Duaci coden anno in charta expansa.

BERNARDUS de Leon Burgenis, Ordinis S. Norberti Hispanus, scriptor primus partis Opusculorum de Immaculata Conceptione Domine Nostre Matris Dei. Impress. in Monasterio de la Vir, anno 1626. in 4. & habet capita seu opuscula 71.

Item, edidit secundam partem eorundem Opusculorum de purissima Conceptione Domina nostre, &c. Impress. ibidem. 1626. in 4. & habet capita 5; quæ brevitas causa sigillatim non enumeramus. BERNARDUS de Leon, Ordinis B. Mariae de Mercede Redemptoris Captivorum, adducit pro sententia de Immaculata Virginis Conceptione, à R. P. Francisco Pistoia, in MARIA Triumphant, coronâ 2. capite 5. fol. 162. Sed quis fuerit Author iste, invenire non potui; forte exitit aequivocone eum antecedente.

BERNARDUS de Lizana, Ordinis Minorum Hispanus, in lib. Historia de Yucatan, Devocionario de nuestra Señora de Izmal, y Conquista espiritual, &c. cap. 3. sub hoc titulo: De la jalemidad con que se celebra la fiesta de la limpia Conception, que es la propria de esta sancta imagen, y dela muchedumbre de gente, que de todas partes concurre, à folio 34. Lib. impress. anno 1635. in 8. Unde omnia miracula, quæ de hac devotissima imagine recensentur, & in prædicto libro sunt, debent numerari inter miracula Conceptionis.

BERNARDUS Lopez Sufarte, Ordinis Cisterciensis Hispanus, in Tractatu sacro de Christo, & Ecclesia, Sermonarium, demonstratione 6. de electione Virg. Matris Dei; & demonstr. 16. Quomodo Virgo fuit formata, ut lux mundi; plura de Immaculata Virginis Conceptione, à fol. 26. usque 138. Item, in indice concionatorio adducit Elenchum pro Conceptione Virginis MARIAE. Lib. impress. Matrii 1614. in 4.

BERNARDUS de Luceburg, Ordinis Predicatorum Coloniensis, in Collationibus de quindecim virtutibus gloriose Virginis, collatione 1. de Innocentia ejus, inquit: Vt habitantibus terra, vñ triplicatum propter culpam originalem, actualē, & culpam omissionis. Item, propter triplex peccatum cogitationis scilicet, locutionis, & operationis. Item, propter peccatum in Deum, in se, & proximum, à quibus omnibus re ipsa libera fuit & immunita: unde innocentia si sit summa.

ta, est immunitas ab omni culpa. Augustinus: Innocentia est, ubi integritas est sine peccato. Et Ambrosius in Exameron: In primis parentibus apparet, quando ante peccatum habuerunt innocentie statum, quem perdidere transgrediendo preceptum, & sic non solum sibi, sed toti posteritati intulerunt nocumentum, quia omnes ex eis naturaliter propagari, & propagandi nascuntur filii irae secundum Apostolum; cum carentia innocentiae & privatione originalis justitia: unde dicitur Exodus 34. Dominator Domine Deus nullus apud te per te innocens est. Dicitur notanter per se, scilicet sine adjutorio baptismatis gratia, per quam innocentia in Adam perdita restituitur, & sine penitentiali gratia, per quam baptismatis innocentia actuali peccato ablata redit. Nullus praeter Christum, & eius Matrem ab omni culpa innocens fuisse traditur, & Impress. Coloniae 1517. in 4.

BERNARDUS Montis Alvani Episcopus, rezulit anno Domini 1436. die Sabbathi 21. Aprilis in Concilio Basiliensi, quando prius fuit facta allegatio publicè de materia *Immaculatae Conceptionis*, qualiter eo equante super pontem fluvij, qui est circa Civitatem Ebredunensem, & oppidum S. Crispini, ipse pons erat ruptus in medio, & a loco super flumen ubi erat maius periculum habens magnum foramen, & eo inadvertente, equus quo equatabat transiens ex illa parte, ubi pons erat ruptus, posuit duos pedes anteriores super dictum foramen vacuum; cumque rueret præceps in aquam, & iam caput equi esset quasi infra pontem conclusum, pavore magno invocavit Beatisimam Virginem MARIAM in auxilium suum, rorans celebrare annuatum festum de sua Conceptione, & nesciebat referre qualiter exivit, sed statim absque lesione aliqua, & equi, vidit se positum in seculo ab altera parte foraminis; unde ex tunc maiori semper cum devotione continuavit celebretatem dictæ solemnitatis. Ita Jacob. de Voragine, in Lombard. Histor. & Eusebius, fol. 298.

BERNARDUS de Nieva, Ordinis Prædictorum Hispanus, in summario Manuali informatiōnis Christianæ conscientiæ, excommunicatione, 77. *Contra los que afirman caer en heregia ó en pecado mortal los que tienen, que la bienaventurada Virgen N. Señora fue preferida de pecado original, ó los que tienen la contraria opinion &c.* Et infra in explicatione hujus tituli, inquit: Esta censura es universal quanto à las personas comprendiendo á tres obras, que son la primera: ofar afirmar, que los que creen ó tienen que la Virgen Nuestra Señora Madre de Dios fue preservada en su Conception de macula de pecado original, son por ello inficiados con alguna manilla de heregia, ó que pecan mortálmente, ó que los que celebran el oficio de la Conception, ó los que oyen los sermones de los que afirman aver sido concebida sin tal macula incurren obligacion de algun pecado. La segunda leer ó tener por verdaderos los libros, que estas tales afirmaciones contienen, despues de tener noticia de lo contenido en esta Extravagante. La tercera ofar afirmar, que los que tienen la contraria opinion, es á saber, aver sido con pecado original concebida la gloriosa Virgen Nuestra Señora incurran crimen de heregia ó pecado mortal, &c. Lib impress. Metinæ a Campo 1556. in 4.

BERNARDUS Ollerius, vel Bernardinus Ollerius, Ordinis Carmelitarum Prior Generalis Ma-

ioricensis, qui floruit ad annum 1330. scripsit librum unum de *Immaculata Conceptione Virginis Dei Matris MARIE*. Ita Marrac. in Catalogo, & in Biblioth. ex Paradiſo Carmelitarum, Taxand. & Luccius, & Leon. Pistoia fol. 155. Gesnerus, fol. 118. BERNARDUS de Pedrera, Hispanus Poëta, scripsit Cantionem in certamine Granatenſi, pro *Immaculata Conceptione B. Virginis*. Impress. cum aliis fol. 243.

BERNARDUS Pujo, Perpinianensis Canonicus Elnen. Hispanus, libro de *Sacro adorationis cultu*, &c. disput. 2. sect. 6. Affert. 6. folio 177. *Quod sanctitas excelsa Virginis MARIE excedit omnes perfectiones, quæ in puris creaturis reperiiri possunt, & est major tam ratione gratiae, quam maternitatis, &c.* Lib. impress. Perpiniani 1608. in 8.

BERNARDUS Roberti à Crypta Minervæ, Ordinis Minorum Italus, de *Immaculata Virginis Conceptione* scripsit Itinerarium ad palmarum Virginieam, de divinali Conceptione in mente divina, Ramuscum unum, fol. 1.

Item, de *figurali Virginis Conceptione* in mente Prophatarum, Ramuscum alterum, fol. 6.

Item, de *corporali Virginis Conceptione* in utero Matris Annae, Ramuscum alterum, fol. 21.

Item, de *purissimo hospitio Virginis*, dum adhuc parvula hospitaretur in utero Matris sua Annae, Ramuscum alterum, fol. 29. Quæ omnia reperies in lib. Itinerarium animæ ad palmam Virginieam, à folio 1. usque 35. Impress. Neapoli 1647. in fol. BERNARDUS de Sandoval, & Rojas, Supremus, ac Generalis Fidei Quesitor, ac postea Cardinalis Toletanus, cum Hispali typis mandarentur ad annum 1615. Assertiones contra præservationem Virginis MARIE à peccato originali, in quibus abique illo pudore & reverentia dicebatur, Beatissimam Virginem macula originali obnoxiam, imò spurcatam fuisse; prohibuit, ac interdixit facultate negata, ne unquam publicè defenseretur; de quibus nos habemus publicum instrumentum. Vide etiam Velazquez, libro 3. de *MARIA Immaculata Concepta*, dissert. 3. annotatione 3. fol. 292.

Item, cùm Fratres Ordinis Minorum Toleti, ad ann. 1616. haberent Assertiones prælo mandatas, in quibus sequens continebatur propositio, seu conclusio: *Beata Virgo MARIA non contraxit debitum peccati originalis, & ab Adversariis delata fuisset ad Tribunal Sanctæ Inquisitionis, post diligentissimum propositionis examen semel, & iterum factum, præcepit que declaravit, nihil esse, quod impedit quominus prædicta doctrina typis excusa defenseretur, & Toleti prædictas Assertiones tueri licet, &c.* Vide rem latè apud P. Salazarium, Granados, & Velazquez ubi supra, fol. 290.

Item, huic possunt adscribi omnia, quæ habentur in libro Sacrarij Toletana Ecclesie, de *Immaculata Virginis Conceptione*; etenim ejus devotione, ac iussu acta, & edita fuerunt, ut ibidem dicitur. Lib. impress. Matrii 1617. in 4.

Item, cùm esset Episcopus Pamplonensis, in Constitutionibus Synodalibus illius Ecclesie, lib. 2. de Feris, cap. 1. ad. diem 8. Decembris, *festi virtus Conceptionis Dominae nostre*. Lib. impress. Pamplonæ 1591. in fol.

Item, cùm esset Archiepiscopus Toletanus, in Synodalibus Constitutionibus, constituit. 1. fol. 27. præcepit, ut observaretur festum *Conceptionis Domine nostre*

nostre Virginis MARIE, ut refertur in libro impress. Toleti. ann. 1601. in fol.

Item, approbavit, & edi curavit Breviarium, in quo fol. 117. extat officium de festo Conceptionis Virginis duplex maius. Impress. Matriti 1593. in 4. & Antuerpiæ 1616. in 4. regali.

BERNARDUS de Sandoual, & Rojas, Archidiaconus Talaverensis Hispanus, scripsit Sermonem pro Immaculata Virginis MARIE Conceptione, & incipit: Dos grandes, &c. Impress. cum alij in lib. Sacrarij Toletani, Matriti 1617. in 4. à fol. 1. usque 10. BERNARDUS de Santander, & Barcenilla Hispanus, Ordinis B. MARIE de Mercede Redemptionis Captivorum, edidit Mariale de Sacratissimæ Virginis MARIE festivitatibus, in quo adducit sermones pro Immaculata Virginis MARIE Conceptione. Ita Josephus Pintre eiusdem Ordinis, in quadam relatione, & in suo opusculo de Conceptione Virginis MARIE, de quo suo loco: invenire tamen non potui, quando iste scripsit; sieque fides sit apud suum Chronologum.

BERNARDUS, vel BERTRANDUS Stephanus, Ordinis Carmelitarum, natione Gallus, qui floruit circa annum Domini 1500. scripsit librum unum de Immaculata Conceptione Beatæ Virginis MARIE. Ita Hippol. Marrac. in Catalogo Marianno manuscripto, pro mysterio Immaculatae Conceptionis, de quo saepe in hoc opere mentionem facimus; & in sua Biblioth. folio 234. ex Augustino Biscareto, Pistoia folio 155. in nullo tamen alio predicti Auctoris notitiam invenio.

BERNARDUS Toletanus Archiepiscopus Hispanus, qui vixit Alphonsi VI. Castellæ Regis tempore, ad annum 1537. erat Beatae Virgini devotissimus, is faciebat celebrari festum eiusdem Domini cum magna devotione, & fecit celebrari devotius festum Immaculatae Conceptionis ejus, quod predicavit in Hispania S. Iacobus, & incipit ab Apostolis in Concilio decernentibus, &c. Ita Julianus Perez in Chronicon. Lib. impress. à Domingo Laurentio de Prado, Parisis anno 1628. num. 697. Vide Velazquez, lib. 4. de MARIA Immaculatae Concepta, disserit. 1. annot. 1. n. 10. fol. 311. Euseb. in lib. Excep. fol. 471. Marrac. in Antist. fol. 91. Joannes à S. M. in supplici libello.

BERNARDUS de Toro, Canonicus Hispalensis, scripsit Epistolam, circa institutionem militaris Religionis Immaculatae Conceptionis, &c. ubi pluram de militia, & mysterio Conceptionis scripta ex Curia Romana die 8. Februarii, anni 1624. Impress. Matriti in folio; extat cum altera Matthæi Vazquez, cum imagine Immaculatae Conceptionis, & hac inscriptione: In Conceptione tua Virgo Immaculata fuisti.

Item, edidit Relationem sub hoc titulo: Verdadera, legal y puntual Relacion del favor, origen, y principios que huiuo de la devocion, que en estos tiempos se ha excitado, no solo en los Reynos de España, pero en los de las Indias Orientales, y Occidentales, Reynos de Italia, y otras partes, cerca de la Devocion, de la purissima Conception de la Virgen nuestra Señora, concebida sin Mancha de peccado original; quam habebo apud me manuscr. in folio, & incipit: En varios tiempos.

Item, cum esset Romæ, recollectus varia monumenta, & singularissima manuscripta pro mysterio Immaculatae Conceptionis, de quibus saepe agit Hippol. Marrac. in suis opusculis, & aliqua extant apud

R. P. Thomam de Leon, Societatis Jesu, Granaz. BERNARDUS Torrentis, Tarragonensis Hispanus, scriptis Carmina in laudem Virginis Dei Matris MARIE, in quibus haec habet:

Hic te primorum reprobet pia Virgo paremum

Crimine, quem mira Lullina arte dedit,

Muli te veterum macularunt criminis Patriam

Institi anatos commaculante alios,

Sed te servavit magni fabricator Olympi,

Cum Genitrix effes alma Futura Dei, &c.

Sic in libro de Conceptu Virginiali Raymundi Lullij, folio ultimo. Lib. impress. Valentiae anno 1518. in 4.

BERNARDUS de Vargas, Ordinis Beate Virginis MARIE de Mercede Redemptionis Captivorum Hispanus, agit de quodam venerabili Religioso, ac sancta vita, qui in hora mortis deprecans est, ut dicerentur sibi tres Missæ; prima de Sanctissimo Sacramento; secunda de Immaculata glorioissima Virginis MARIE Conceptione; tercera de Requiem. In tom. 2. sua Chronicæ. Impress. Panormi 1622. in fol. capite 78. fol. 450.

Item, ibidem tom. 1. lib. 2. cap. 33. agit de relatione venerabilis Fratris Carmeli, de quo sic dicit: O Patres, & Fratres mei, quā bonum & meritum opus est Virginis MARIE defervire! quā gratissima, simulq; pulcherrima est, cujus pulchritudinem sol & luna mirantur! Tota es pulchra, & macula non est in te, &c.

Item, lib. 1. cap. 15. pag. 36. loquens de S. Petro Nolasco, inquit: Quia inter alia mihi dixit, voluntatem sacratissimi sui Filii, & suam esse, ut in hac nostra Civitate Ordo ilico fundaretur, qui operi redēptionis, quod optamus, assidue incumbens cuius Fratres in honorem sue sacratissimæ puritatis, vestes omnino albas, cum signo Crucis in pectore semper, & ubique gestent, &c. Quod autem haec puritas fuerit Immaculatae Conceptionis Virginis, constat ex. P. Saavedra, libro de Sacra Dei parva, disp. 16. sect. 14. fol. 349. numero 93.

BERNARDUS in Resolutionibus Theologicis, tract. 15. artic. 3. pag. 370. & 380. agit latè de mysterio Immaculatae Conceptionis, quem saepe citat, & adducit Anton. Fuertes Biota in suo voto, fol. 12. 71. & 73. Nota hoc Lector, pro Bernardo Stephano, Ordinis Carmelitarum Gallo, qui scripsit librum unum de Conceptione Immaculata B. Virginis, de quo mentionem facit Marrac. in Bibliotheca, fol. 234. ex Augustino Biscareto, & Pistoia.

BERTRANDUS à Sancto Dionysio, sive Magister Adam in Monasterio S. Victoris Parisiensis, habet sermones manuscriptos n. 631. fol. 149. & cum eis extat Anonymus quidam Sermo de Assumptione sub themate: Duxta est Esther ad cubiculum Regis Assueri; & explicans illud: Ave gratiæ plena, inquit: Primò obtulit ei officiosam Salutationem, cum dicit Ave, id est sine culpa originali, sine culpa actuali, sine vae, id est culpa venialis, & maximè hoc post filij Dei Conceptionem. Unde dicitur in Cant. 4. cap. Tota pulchra es amica mea, quia purificata es ab originali peccato in uterina sanctificatione. Tota pulchra, quia immunis ab omni culpa mortal, & sequitur: & macula, scilicet culpa venialis, non est in te, &c.

BERTRANDUS Fortin, Canonicus Regularis S. Victoris Parisiensis, in libro: Precationes piaæ devotæ, in præcipua totius anni festa, &c. folio 155. adducit Orationes, sive Meditationes in solle-

nit-

nitatibus B. Dei Genitricis MARIE, & primò  
in festo Conceptionis ejusdem, ubi latè agit de præser-  
vatione à peccato originali in quatuor Oratio-  
nibus, usque ad fol. 160. Lib. impress. Parisijs anno  
1570. in 16.

BLASIUS Ascensius, Hispanus Poëta, scripsit ad  
annum 1486. aliqua Poëmata Hispanica pro myste-  
rio Immaculatae Conceptionis B. Virginis, quæ extant  
apud Ferran. Diaz.

BLASIUS Caballeros de Cabrera, Hispanus,  
edi curavit Sermones fratris sui Joannis Cabal-  
leros de Cabrera, Canonici Limensis, ubi in prin-  
cipio sunt Sermones duo de Conceptione Beatisime  
Virginis MARIE, à fol. 1. usque 25. Lib. impress.  
Matrii 1649 in 4.

BLASIUS de Castro, Regius Concionator So-  
cietatis Jesu Hispanus, edidit Sermonem de Imma-  
culata Virginis MARIE Conceptione. Impress. cum  
alijs Granatæ 1651. in 4. à folio 19.

BLASIUS Cialdinus, Canonicus Regularis S.  
Salvatoris, Italus, traduxit Italicè omnia, quæ de Im-  
maculata Virginis Conceptione scripserat R. P. Placi-  
dus Mirtus Frangipane, & sunt octo discurſus sub-  
titulo: Il Triompho della Vergine nostra Sign. &c.  
Lib. impress. Venetijs 1636. in 4. Nota tamen, quod  
illa verba, que extant in titulo à Frangipane edi-  
to, scili est: Que publica ydeclarla los de su limpia  
Concepcion, quæ sunt verba essentialia, immo  
assumptum totius libri, desunt in hac Italica im-  
pressione, & hoc meo iudicio ortum habuit à Cen-  
sore librorum Venetiarum, quod & sèpe conti-  
gisse, notabo in hoc Operæ.

BLASIUS à S. Gregorio, Ordinis Minorum Ita-  
lus, in descriptione Provinciæ Principatū, inquit:  
Ecclesia nostri Conventū, in Civitate Campan-  
æ, est sub titulo Sanctissimæ Conceptionis, in cuius ma-  
jori altari, magnificè est accommodata statua ipsius, &c.  
Item, in Conventu S. Nicolai Salerni, est situata  
Capella Sanctissimæ Conceptionis Beate MARIE,  
emstatua ipsius, &c. Item, in Conventu S. Francisci  
Majoris, est magnifica Capella Sanctissimæ Con-  
ceptionis, similiter in Conventu Surni, & Altavilæ.  
Item, in Conventu S. Francisci Cavæ, in altari  
majori, est accòmodata statua mira pulchritudini-  
nis Sanctissimæ Conceptionis: similiter in Conventu Polle,  
Vatolla, & Pali, &c. Item, in Conventu Neapolis,  
est altare privatum Sanctissimæ Conceptionis: simili-  
ter in Conventu Padulæ, Diana, S. Angeli, Arce-  
ni, Montis corvini, Cetoræ, Tramontis, & Montis  
aurei, sunt altaria particularia Sanctissimæ Con-  
ceptionis: in Conventu verò Toy, noviter est erectum  
altare cum statua sculpta Sanctissimæ Conceptionis ad-  
mirande pulchritudinis, & devotionis, &c. Item,  
in Arbore predicitæ Provincie affirmat, quod in  
ea sunt Ecclesia Conceptionis una, Capellæ quatuor,  
& altaria quindecim.

BLASIUS de Guiza, Ordinis Minorum Hispanus, in Relatione nova, & vera locorum Terræ San-  
ctæ, in tract. de Processionibus, quæ fiunt in Ec-  
clesia S. Sepulchrí quotidie, folio 103. & fol. 107.  
adducit Antiphonam illam: Tota pulchra es MAR-  
IA, &c. Verf. In Conceptione tua Virgo Immaculata fu-  
isti. Oratio. Deus, qui per Immaculatam Virginis Con-  
ceptionem, &c. Lib. impress. Matrii 1622. in 8.

BLASIUS Ortiz, Doctor Hispanus in libro cui  
titulus est: Summi Templi Toletani graphicæ des-  
criptio fol. 146. num. 38. de Confraternitate titulo  
Conceptionis Virginæ. Lib. impress. Toleti anno

1549. in 8. ibidemque agit de alijs Monasterijs  
sub. hoc titulo.

BLASIUS Viegas Eborensis, Societas Jesu His-  
panus, in Apocalypsim, ait: Quod Virgo MARIA mul-  
la unquam ex parte serpenti antiquo, subiecta fuit, ut pote  
ab omni peccati labore prouersa immunis: & quod in eo cap-  
ut serpenti contriverit, quod peccatum originis non con-  
traxerit, quod caput serpenti dicitur, quia ex eo pecca-  
to serpens vices omnes suas expromit tanquam ex capite;  
& radice ceterorum, cap. 12. sect. 4. n. 3. fol. 620.  
Lib. impress. Lugduni 1602. in 4. regali. Vide  
ibi alia de palma, & victoria à Virgine reportata  
de antiquo serpente.

BONAVENTURA Baronius, Ordinis Minorum  
Hibernus, in suis Metris, fol. 47. agit de myste-  
rio Immaculatae Conceptionis, à Scoto propugnato. Lib.  
Impress. Romæ 1645. in 12.

Item, Elegiam unam de Conceptione B. Virginis MARIE. Impress. Romæ 1646. in 12.

BONAVENTURA à Balneo-Regio, Episcopus Albanensis, S. R. E. Cardinalis, Sanctus, ac Ec-  
clesiae Seraphicus Doctor, Ordinis Minorum, Eu-  
stachius Fidanza communiter dictus, in 3. tomis  
suorum operum, Ser. 1. de Virg. MARIA, ac de cœ-  
lo, ait: Domina fuit virtutum, uniformiter semper mo-  
rum, & cœli stelliferum per omnium donorum,  
& gratiarum Dei copiositatem, &c. Si motus MARIA  
fuit semper uniformis: ergo nunquam deformis;  
esset autem deformis, si concepta esset in  
peccato originali, &c.

Item, ibi: Domina N. tota fuit purissima, omni  
carens penitus macula, tam in corpore, quam in a-  
nimajunde ipsi soli convenientillud: Tota pulchra  
es amica mea, & macula non est in te. Non solùm  
air, pulchra es, in quo notat eam omnem pulchri-  
tudinem habuisse hominis, sed addit; & macula  
non est in te; in quo notat, eam nullam maculam ad-  
mississe, ut sic fuerit summè pulchra per omnis bonis  
præsentiam, & fuerit absque macula per omnis  
mali absentiam, &c. Hæc verba expressa videntur  
pro Immaculata Virginis Conceptione.

Item, in Sermone 2. de eadem B. Virginie, sic in-  
quit: Domina nostra fuit plena gratiæ præveniente  
in sua sanctificatione, gratiæ scilicet præserua-  
tivâ contra fœderatim originalis culpe, quam con-  
traxisset ex corruptione nature, nisi speciali gratiæ  
præservata, præventaque fuisset; solus enim filius Vir-  
ginis fuit ab originali culpa immunis, & ipsa Mater eius  
Virgo. Credendum est enim, quod novo sanctifica-  
tionis genere in ejus Conceptionis primordio Spi-  
ritus Sanctus eam à peccato originali, non quod  
infuit, sed quod insufflet, redemit, atque singu-  
lari gratia præservavit, &c. Quod autem Ser-  
mo iste fuerit S. Bonaventura, late probavi in So-  
le veritatis, & constat ex antiquo originali. Im-  
press. Casilex anno 1602. in 4. fol. 70. colum. 4.  
ad finem. Ex qua constat, quod mutauit senten-  
tiæ à se scriptam in 3. sententiæ, distinct. 3.  
Vide Wadding. & Hippol. Marrac. in Purpura  
Mar. fol. 76.

Item, tomo 6. folio 240. in opere de Contempla-  
tione, per singulas Hebdomadæ ferias distributo,  
in meditatione Feriæ 2. ad Nonam, columnæ 2.  
litt. E. sic inquit: Jesus promotor providus Mater-  
næ dignitatis, &c. Tres fructus attende, MARIA  
mirabilem Conceptionem absque inquinatione spullæ mi-  
rabilem educationem, in Templum oblationem,  
&c. Si igitur Conceptione MARIE fuit absque in-

quinatione sicutur absque originali peccato; nulla enim alia inquinatio est in conceptu foetus; imo etiam videtur relegare omnem inquinationem Patris, ac Matris in actu conjugali, scilicet libidinis, concupiscentiae, &c. Omnia haec invenies in impressione Romana 1589. & Moguntina, anno 1609. in fol. & sparsim alibi saepe.

Item, in Speculo Beatae MARIE Virginis, lect. 1. fol. 430. inquit: Quam purissima propter caritatem culpe fuerit MARIA bene innuitur, cum dicitur Ave, quae ab omni re culpa immunita fuisti; sic utique Matrem Dei decuit, Anselmo teste, qui ait: Decebat, ut hominis illius Conceptio de Matre purissima fieret; ut ea puritate, quam maior sub Deo neque intelligi, Virgo illa niteret, citi Deus Pater unicum Filium, quem de corde suo aequaliter sibi genuit, &c. Nota illam universalem ab omni, & superlativam particulam immunitam, quam verificari non possent, si contraxisset originale.

Item, lectione 2. sub hoc titulo: Quid Beatissima Virgo MARIA libera fuit a triplex re originalis, & a triplex re poenae gehennalis, secundam partem probat lat. & inter alia dicit: Sed heu non solum inest naescientibus re infirmitatis, & miseriae adultos ad peccatum inclinantis, sed etiam re fecunditatis, & culpe, parvulos ad iram obligantis, de qua Apost. ait: Omnes nascimur filii irae: O quam immunitus ab isto re naescientum fuit sanctissima Nativitas MARIE, quem non solum ab originali culpe, sed etiam a temeris miseria, in quantum ad peccandum ductius erat, sic liberata creditur per sanctificationem in utero, ut nunquam ad peccatum inclinata fuerit in hoc mundo, &c. Hucusque S. Bonaventura, & existimo hanc auctoritatē esse expressam pro immunitate Virginis, quia si MARIA fuit immunitis ab illo re naescientium fecunditatis, & culpe parvulos ad iram obligantis, & hoc fecunditas, & culpa in parvulo est solum originalis macula: ergo ab ista, secundum Sanctum Bonaventuram, fuit immunitis. Item, quia si distinguit culpam originali a fomitis miseria, & ab hac fuit libera in sua Nativitate, quia sanctificata fuit in utero a peccato originali, hoc factum fuit in primo instanti Conceptionis, alias non esset rectus Sancti Bonaventura: discursus; nam si nunquam fuit inclinata ad peccatum in hoc mundo, & concepta fuisset in originali, pro illo tunc, & sequenti mortalitate temporis, necessario esset inclinata ad peccatum originale; & non esset fomes; vel si esset fomes, non esset inclinatus ad peccandum, quod est contra naturam fomitis; sicut secundum Sanctum Bonaventuram, MARIA in sua Conceptione nec fomitem, nec peccatum originale habuit.

Item, tomo septimo, parte tertia de Ecclesiastica Hierarchia, parte quarta, capite septimo, fol. 271. inquit: Cœli itaque puritatem in se habere debuit MARIA, de cuius mundissimis particularibus, illa purissima caro Verbi coelestis unibilis est assumpta; cœlo igitur coelica Virgo comparatur, quia cœlo nihil purius, nihil sublimius, nihil pulchrius, nihil utilius, nihil communius, nihil velocius, nihil perfectius, nihil durabilius inter corpora visibilia inventitur. Cœlo igitur nihil est purius, & hoc propter naturæ suæ transparentiam, & diaphanitatem; & hoc

gloriosissimæ Virg. convenit, propter omnimodam ipsius munditiam, & causitatem suam per sanctificationem, ut in utero materno extitit ab omni originali culpe, & ad susceptionem Verbi vita, antequam nascetur disposita, & præordinata, iuxta illud Psalmi: Parata est sedes tua ex tunc, &c. Hac S. Bonaventura. Et non te terreat, Lectio, verbum sanctificationis, aut depurationis, nam Primo fatur omnimodam eius munditiam, non autem est omnimoda, si contraxisset peccatum originale. Secundum distinguat munditiam à castitate, non à Virginitate, quia loquitur de munditia, & castitate parentum in eius generatione; nam eorum concupiscentiam, vel libidinis ardore vocat Bonaventura fecunditatem originalis culpe, quem fuit depurata in Virginis Concept. Tertiò, quia non dixit, ex utero materno exiit, sed in utero materno extitit, unde nulla existentia potest assignari MARIE in utero materno, in qua non fuerit ab omni originali culpe fecunditatem depurata. Quartò, & ultimò ex illa universalis, ab omni originali culpe fecunditatem; antiqui enim Doctores (ut alibi saepe notavimus) quadruplures constituebant originalis culpe fecunditatem in carne, ex quibus anima contrahebat culpam, & peccatum ab omni ergo originalis culpe fecunditate depurata fuit caro Virginis in utero materno, ut sic disposita, & præordinata esset ab initio ad susceptionem Verbi.

Item, infra: Nam quam ab æterno præelecta est, & prædestinata in Dei scientia, ut ad tantam gloriam assumeretur, in materno utero ab Spiritu Sancto prævenita est, & sanctificata; ut in tempore à Patre lunulæ præfixo Mater Dei fieri mereretur, sicut dicitur in Proverbij: Ab æterno ordinata sum, & antequam terra fieret. Et in Ecclesiast. Ab initio, & ante secula creata sum, id est, quodam privilegiato modo creari prævisa, &c. Si in materno utero MARIA fuit ab Spiritu Sancto præventa, & sanctificata, ergo sine originali; alias, quomodo diceretur præventa? quid enim est prævenire, nisi ante avenir? non enim ante venire, nec præveniret Spiritus Sanctus, si peccatum originale præoccupasset locum. Itide, quomodo fuisset privilegiato modo creata, si a peccato præoccupata? Dices, quia hoc fuit privilegium, scilicet eius sanctificatio post lapsum. Sed contra, quia tunc non diceretur privilegium creationis, sed nativitatis. Si prævisum fuit ab æterni, quod privilegiato modo MARIA crearetur, ergo in ipsa creatione debemus assignare privilegium; & hoc non potest esse, nisi crearetur immunitis à peccato; nam Joannes Baptista, non potest dici privilegiato modo creatus, licet fuerit sanctificatus in utero, sed solum privilegiato modo natus.

Item, infra sic inquit: Hæc omnia de his sedibus dicta, puritati convenienter Virginali, quia pura fuit in utero, purior in mundo, purissima, hæc rutilans in celo, &c. Nota ascensum, pura, purior, & purissima, quam verificari non poterant, si in primo instanti sua animationis non esset pura, quia hæc tria comprehendunt principium, medium, & finem, existentie, vitæ, & mortis.

Item, infra: Ego quasi Libanus non incisus vaporavi, & sicut ballamus non mixtus odor meus Libanus fuit per innocentiam, non incisus peccandi potentiam, & ideo evaporavit odorem balsamo impermixto suaviorem. Nam tota massa in Adam corruptioni fomitis est admixta: & sic per consequens adulterata. Virginis corporealium

hac corruptela est per gratiam liberationis, & idē effudit odorem suavissimum, tanquam balsamum impermixtum, &c. Vide, & nota Lector, quomodo Sanctus Doctor loquatur de corpuculo, & fomite; nam ex igit̄ne concupiscentia parentum manet in corpuculo genito fomes, ex isto fomite oriebatur corruptione in corpore, & macula in anima, ut loquebantur Doctores antiqui; ab hac igit̄ corruptione massa, seu carnis Adami, fuit liberatum corpuculum MARIE, & sic fuit balsamum impermixtum, vel non adulteratum per fomitem in corpore, & idē nunquam corruptum, &c. nec per culpam in anima, & sic semper Immaculata.

Denique concludit S. Doctor: Aurora siquidem finis est noctis, & principium diei subsequentis, & indicium Solis iam in proximo orientis, sic MARIA in suo ortu fuit quasi finis, & consummatio culpe originalis, & evacuatio omnis tenebra spiritualis, &c. Et in Osee: Quasi diluculum præparatus est egressus ejus, dicitur ergo Virgo esse quasi Aurora consurgens per gratiam ipsam sanctificatam, à corruptione spiritualis, & corporalis culpe se erigens, quia non iacuit inclinata ex toto ad culpam originalem, sicut iacent non renati, nec sed sit partim erecta, partim prostrata habens primitatem concupiscentiae, sicut habent baptizati; sed dicitur, consurgens, id est, ex toro ad cœlestia se erigens, & extendens, quia nullū in ipsa remansit inclinativū, vel motivum ad peccandum, &c. Nota, ô Lector primò, quod in MARIA fuit consummatio culpe originalis, non autem esset consummata in ea, si ipsam contraxisset; si enim in ortu MARIE fuit culpa originale, quomodo in ipso ortu habuit culpam? Secundo nota, quod S. Doctor constituit duplēm sanctificationem, scilicet à corruptione spirituali, & à corporali culpa (hoc melius intelliges transmutatis terminis, scilicet à corruptione corporali, & spirituali culpa) nec unam, nec alteram habuit in suo ortu MARIA, quia non habuit culpam originalem, quam habent non renati per Baptismum, nec habuit primitatem concupiscentiae, sicut habent iam renati, & baptizati; ergo MARIA in utero, seu ortu suo sanctificata fuit à corporali, & spirituali culpa. Hæc sunt omnia, quæ inveniuntur in operibus S. Bonaventuræ circa sanctificationem Virginis, ex quibus meo iudicio evidenter patet, quomodo S. Doctor locutus fuerit in 3. sentent. ut Doctor Parisiensis, in alijs vero suis operibus, ut Ecclesia Doctor, ac Ordinis Seraphici decus, & gloria.

Item tom. 6. par. 2. in Psalterio minori B. Mariae Virginis, a fol. 473: hæc habet sparsim:

Ave Virgo vena munda,  
Ave Virgo flos de spina,  
Ave Virgo par argento,  
Quæ pudoris detrimento  
Igne mundi non arsisse,  
Quam illæsa permansisti!  
Ave Templum impollutum,  
Cujus mundo cor exstum  
Nullæ unquam seculari  
Lue quietivit inquinari, &c.

Item, in cursu de compassione B. Virginis, inquit Bonaventura: Mater carens contagio, dulci privatur filio, &c. Quomodo enim, inquit Hippol. Marrac. & optimè, Beata Virgo absolute diceretur à Bonaventuræ caruisse contagio, si contagio originalis macula fuisset infecta?

Item, in laude B. Virginis: Tu decus excellenti est tu

lux carens fuligine culpe, tu splendor gloria, mundum decorans lumine, &c. Si enim B. Virgo appellatur lux fuligine carens: ergo fuligine culpe originalis non fuit obscurata.

Item, denique in Psalterio minori B. Virginis, sic inquit Bonaventura: Ave Virgo recti cordis, nec ullius unquam fordinis inquinata feditate, dono prolis illibata; Ave Virgo ruga carens, da intacta Dei parens, ut Iaus tua cum dulcore, meo semper sit in ore. Ave parens absque nave, ad te cor, & vultum levo, ut me quoque consoleris, quæ cunctorum misereris, &c. Tres clausula hæc signatae indicant omnino modam puritatem MARIE; nam si nunquam fuit fordinis inquinata feditate, & ruga caruit, & fuit absque nave: ergo absque macula peccati originalis, nam ex affirmativa volunt semper, & ubique Aduersarij deducere maculam originalem sex negativa deducunt contrarium.

Item, in vetustissimo codice Sermonum de Sanctis, ante centum triginta annos excusum, Serm. de Annuntiatione, inquit: O quam ergo glorioſa est Domina, quæ culpa caruit, universaliter intellige, & de actuali, & de originali, &c. Ita Lucas Wadd. in opusculo de Morte Virginis MARIE, fol. 139. Vide Dazam, lib. de Conceptione, cap. 6. fol. 41. attergo, ubi affirmat, quod liber prædictus, erat in Conventu Sancti Stephani de los Olmos, Provincia Burgenſis.

BONAVENTURA Belluto, Catanensis Ordinis Minorum, in disp. de Incarnatione fol. 272. art. 2. An Virgo fuerit immunis à peccato originali, & à debito etiam illud contrahendit: partem affirmativam tenet. Vide ibi latè totum lib. impress. Catane anno 1645. in fol.

BONAVENTURA Blanchi, Cotignolanus Italus, in suo Quadragesimali, ad finem adducit Sermonem communem de Præsentatione, puritate, id est, Conceptione, Annuntiatione, & festo N. vii Dominae MARIE. Bononiae 1534. in 4.

BONAVENTURA à Calatagironé, Ordinis Minorum Generalis Minister Italus, in Constitutionibus à se editis præcepit, ut in festo Immaculatae Conceptionis Deiparae, semperque Virginis MARIE primum ejus officium, nempe: Sicut lily inter spinas, &c. ad formam tamen novi Breviarij redactum ex concessione Sixti V. Summi Pontificis ubique recitetur, ac ejus etiava quoque omnino celebretur, cap. 3. fol. 46. Impress. Venetijs 1558. in 4.

BONAVENTURA Claverus, Ordinis Minorum Neapolitanus, & Episcopus Potentia, de Conceptione Immaculatae Deiparae Virginis, Opuscula. De quo latè Hippolyt. Marrac. in Biblioth. tom. 1. fol. 240. Pistoia, fol. 158. num. 72.

BONAVENTURA Dernoye, Ordinis Minorum Belga, in lib. Medulla Evangelij per Christum dictata S. Franciso, in sua Seraphica Regula exposita moraliter, de Immaculata Conceptione Virginis MARIE, indicem copiosum. Lib. impress. Antuerpiæ 1647. in fol.

Item, in libro dicto: Recollections, ou conversation familiere de l'ame avec la glorieuse Vierge Marie, &c. fol. 3. Recollectio 1. De præservatione sanctissime Virginis contra peccatum originale in sua Conceptione, agit latè Brugis 1637. in 8.

BONAVENTURA Fassianus, Ordinis Minorum Italus, in descriptione Provinciae Sancti Nicolai, refert, quod in Conventu Sancte MARIE veteris Civitatis Andræ, est Capella & Altare Immaculatae

*Immaculatae Conceptionis Virginis MARIE*, ex iudicto Gregorij Papæ XIII. privilegiatum in perpetuum: ibique etiam est Confraternitas Immaculatae Conceptionis erecta an. 1605. in qua quolibet anno maritantur duæ pueræ Virgines.

Item, in Conventu Cathaldi Corati, exstat *imago Immaculatae Conceptionis Virginis MARIE*, quæ innumeris coruscat miraculis, de quibus promittit librum integrum se editurum.

Item, quod in Conventu S. Antonij Abbatis Fassani, est *Capella, & Confraternitas Immaculatae Conceptionis Beatisima Virginis MARIE*.

Item, dicit in Conventu S. Bernardini Melfitti, extare *Capellam, & Confraternitatem Immaculatae Conceptionis Virginis MARIE*.

Item, in Conventu S. MARIE de Gratia, seu S. Rochi, est etiam *Confraternitas Immaculatae Conceptionis Virginis MARIE*.

Item de Civitate Minerbini, num. 52. inquit: Pro hujus Monasterij fundatione testavit quondam Elisabeth de Rogeris, Civitatis praedictæ an. 1585. ut ex sua domo, omnibusque mobilibus Monasterium. Monialium Clarissarum, sub titulo *Immaculatae Conceptionis* intra eamdem Civitatem confrueretur; incepsum à Joanne Vincentio de Michaelis, Episcopo Minerbinen. ad culmen perfectionis attinere non potuit; unde post multos annos, ex devotione excellensissimus Martius Pignatellus ejusdem Civitatis Princeps, Marchio Spinozole, & Sabelli Dominus temporalis, ad perfectam structuram proprijs sumptibus reduci curavit, imo & doctavit, &c. Vide alia ibi de hoc Monasterio, num. 94. omnia ex supra dicta relatione.

BONAVENTURA Gonzaga, Ordinis Minorum Italus, super cant. Magnificat, tenet *Virginem MARIAM fuisse conceptam absque peccato originali*, ut refert Antonius Daza, tract. de Conceptione, cap. 6. fol. 48. sed forte erit in alio tract. quia hunc ego legi, & nihil inveni.

BONAVENTURA Eremita, id est, Ordinis S. Augustini, alius S. Bonaventura, Ordinis Minorum, scripsit *pro Immaculata Virgine absque peccato originali* concepta, teste Dan. Agricola, in cor. DD. pro Conceptione, verbo Eremitæ, fol. 175.

BONAVENTURA Marentius, Ordinis Minorum Brixianus Italus, questionem de Immaculata Conceptione Doctoris Petri Tartarei, marginibus illustravit, in quibus est quæstio, & marginalis nota *pro eadem Immaculata Conceptione*, ut vide re est in lib. Venetijs impress. 1583. in fol. & 1607.

BONAVENTURA Passerolus a Nola, Ordinis Minorum Italus, de *Immaculata Conceptione Virginis MARIE* Sermonem latilimum. Impress. Neapoli 1605. in 4.

Item, in officio gloriose Virginis MARIE edito à Joanne Baptista Valentini, eximit *Virginem à peccato originali*. Lib. impress. Romæ 1618. in 4. & ibidem super Magnificat passim.

Item, edidit pulcherrimum Stema, seu Gentilitium, vel Conclusiones *pro Immaculata Virginis Conceptione*, ubi tres apes Barberinas tribus Divinis Personis accommodat, gratiam Maternitatis, præservationis, & gratificationis subornantibus. Inferni tres Ursi, tres significant fallaces, fallentesq; noxarum noras originariæ, lethalis, & venialis culpæ, à quibus utinam oppressam, ita nec tantisper repressam Virginem confidenter pronuntiat. Extat hoc impressum cum pulcherrima imagine

*Immaculata Conceptionis, in charta expansa, Roma 1623.*

BONAVENTURA de Salinas, Ordinis Minorum Hispanus, & Commissarius Generalis Novæ Hispaniae, approbavit & comprobavit Librum seu Epistolam D.D. Petri de Perea Episcopi Arquipensis, pro certitudine præservationis Virginis a peccato originali, ubi plura ex suo adducit pro hoc mysterio. Extat in libro impress. in Civitate Regum, ann. 1625. in 4.

Item, in Oratione Paneg. de S. P. N. Francisci fol. 7. agit de pura & Immaculata Virginis MARIE Conceptione, &c. Impress. Lima 1646. in 4.

BONAVENTURA Sigaud, Ordinis Minorum Gallus, Grationopolitanus; die 20 Octobris an. 1657. ab octava ad meridiem suffinxit in Thebibus: *Virginem MARIAM ab instanti sue Conceptionis fuisse illibatam, & non contraxisse peccatum originale*, &c. Impress. in charta expansa eodem ann.

BONAVENTURA de Stronconio, Ordinis Minorum Italus, in Relatione Provinciæ Sancti Francisci, fol. 84. agens de Conventu S. Francisci Stronconij, inquit: Conventus iste distat à terra Stronconij ad quartam partem milliaris, quem ex publicis, & communibus ejusdem terræ eleemosynis conterranei construi curarunt parum post mortem S. P. Francisci, & non an. 1328. veluti fatur Pater Gonzaga in Provincia S. Francisci, conventu 32. quod clare pater, nedum ex quadam imagine ciuidem S. Patris, in Altari Sanctissime Conceptionis MARIE Virginis depicta cum habitu, & figura capucij aliquantis per acuminati, & cum parva rotunditate ad pectus. Et folio 90. facit mentionem de Confraternitate Sanctissime Conceptionis Virginis MARIE ibidem fundata.

BONAVENTURA Tattis à Genua, Ordinis Minorum Italus, in Relatione Prov. Genuenis Observantium, in Conventu Viqueriz S. MARIS Gratiar. descriptis Sacellum elegantissimo ornamento decoratum, pro sodalito *Immaculata Conceptionis Virginis MARIE*, anno 1578. incepsum, finitum verò, & perfectum anno 1607.

Item, in Conventu Caii descriptis Sacellum pro societate Chordigerorum, sub titulo *Immaculata Conceptionis Virginis MARIE*. Quæ omnia extant in prædicta relatione à folio 54. usque 60. manu script. in 4. Et in Arbore illius Provincie emerat Altaria *Immaculata Conceptionis Virginis MARIE* viginti octo, & Capellas septem.

BONAVENTURA à Vera Cruce Aquavii, Ordinis Minorum Italus, super Antiphonam *Immaculatissima Conceptionis B. MARIE*: Quam pulchri sunt gressus tui, &c. Poëma Italicum, in lib. de Assumptione Virginis. Impress. Leccie 1642. in 8.

Item, Scenæ 3. actu 1. fol. 24. quod *Virgo MARIA* fuit concepta absque peccato originali. Vide ibi.

BONETUS N. Ordinis Minorum, scriptus Tractatum *pro Immaculata Virginis Conceptione*, interrupto dialogo iussu Clementis V. Ita Henricus Wilotus in suis Athenis, Leon, classe 6. Pistoja, fol. 158. Hunc existimo fuisse diversum ab Antonio Boneto Episcopo Acernensi: quia iste non scriptis per modum Dialogi, nec tempore Clementis V. qui regnavit ad annum 1305. sed tempore Julij II. circa annum 1500. de quo diximus supra in Antonio Cucharo Acernensi.

BONIFACIUS Cajetanus S.R.E. Cardinalis, Archiepiscopus Tarentinus, in Constitutionibus

ā se editis ad diem 8. Decembris, præcepit, ut *Conceptione Beatissime MARIE Virginis intra Crivitatem obseruantur*. Ita cap. 10. fol. 27. Lib. impress. Romæ 1615. in 4.

**BONIFACIUS** de Ceva, Ordinis Minorum Gallus, de *Immaculata Conceptione gloriosissime Virginis MARIE* Sermonem unum, ubi latè agit de ejus præservatione, in suo Adventuali, fol. 22. Impress. Parisiis 1518. in 4. & etiam 1512.

**BONIFACIUS IX.** Pont. Max. creatus circa annum 1389. approbat revelaciones S. Brigittæ, in quibus de *Immaculata Virginis Conceptione* sèpe ex prelîs verbis loquitur, ut adnotarunt Serranus, lib. 2. capite 8. num. 6. Leon. class. 9. Tempore hujus Summi Pontificis dedicatum fuit Romæ *Templum Conceptioni Virginis Mariæ* in campo Floræ, quia in eius fundamentis reperta fuit inscriptio in charta pecorea, cù his characteribus. ANN. M. CCC. VC. IND. II. DIE MARTIS VIII. DEC. TEMP. BONIF. IX. CONSECRATUM ANN. SUO. VI. HOC ALTARE CUM ECCLESIA, IN HONOREM CONCEPTIONIS BEATISS. MARIE VIRG. Ita Balinghen, in Kalen. Marian. folio 673. & Tamaius de Salazar.

**BORBONIUS** cognomento Bonus, Gallus: Regnante Carolo VI. Francorum Rege, cùm totam spem suam in Christo, & B. Virgine posuisset, videns Francorum Regem ab Anglis diripi, instituit Ordinem Equestrium Cardui B. MARIE. Constatbat verò ex virginis sex Equitibus fortioribus, & nobis horibus totius Regni Galliæ: Prædicti verò Equites in seculo *Conceptionis B. MARIE* procedebant in magna gloria, portabantque in extremitate torquis aureas imaginem Divæ Virginis sole amictam, duodecim argenteis stellis coronatam, atque semicirculum lunæ sub pedibus habentem. Vide de hoc Benedictum Gononum, in *Chronicon Santissima Deiparae*, ad annum 1370.

**ORDAS** Magister, Ordinis Prædicatorum, & Prior Murcianus, prædicavit Sermonem egregium pro *Immaculata Virginis Conceptione*, de quo mentionem facit R. P. Eusebius Nieremberg, in Epist. ad Summum Pontificem Alexandrum VII. & R. P. Didacum Celada, qui præsens fuit, nonnulla mihi retulit ex eodem Sermone.

**BORGARUCIUS** à Borgaruciis, Magister Italus, opera spiritualia R. P. Thomæ Maleoli à Kempis, Canonici Regularis disposuit, ordinavit, atque cooptavit, in quibus serm. 6. de excellentiis, meritis, ac privilegiis B. Virginis MARIE, fol. 373. dicitur: Quod Virgo Deipara nata est ex Patriarchis, & ex ipsorum stirpe, tanquam rosa inter spinas, sed absque spinis, & quod suerit pura, ac libera ab omni macula, &c. Lib. impress. Venetiis 1568. in 4. & alibi.

**BOUCHER**, Ordinis S. Francisci Gallus, in libro: *Les magnificences divines, chantées par la Vierge sur les montaignes de Judée*, &c. Sermone 8. fol. 184. Quod fuit absq. peccato originali, & alibi de hoc agit inter privilegia Virginis MARIE, privilegio 3. Extat liber gallicè impress. Parisiis anno 1620. in 8.

**BRANDOLINUS** Saxo, Ordinis Minorum, in lib. de laudibus Virginis MARIE, affirmat ipsam suisse preservatam à peccato originali, ut notat Antonius Daza, tract. de Concept. cap. 6. fol. 48.

**BRALIUS** N. recollectus Opera seu Poëmatum Martii Maximi Episcopi Cæsaraugustani, ubi ex-

tit *Hymnus de Conceptione Virginis MARIE*. Vide Bivarum in Marco maximo, fol. 53. Lib. impress. Matriti 1651. in fol.

**BREVARIUM**, quæ ante uel post reformationem Tridentini, & Pii V. tam in Romana Ecclesia, quam in aliis particularibus ipsius Christianitatis habebant officium *Conceptionis* sub hoc expresso titulo, vel *Immaculatae*, vel *pavissimæ*, vel vocibus æquivalentibus, in titulo, vel in corpore officii; quæ ad manus, vel notitiam nostram pervenerunt, sunt sequentia, ordine alphabetico disposita.

Abricensis Breviarium, habet officium *de Conceptione*, sicut in die Nativitatis, ut constat ex Missali impress. Rothomagi, anno 1565. in 4. Vide Missalia.

Abulense, fol. 643. habet rubricam, seu titulum: *Festum Immaculatae Conceptionis*. Impress. Salmantice 1579. in 4. De alio, absque principio, & fine mentionem facit D. Tamaius de Salazar, fol. 313.

Alinense Ordinis Cisterciensis in Belgio, habebat Breviarium ac Missale cum officio *Conceptionis*, sicut in Nativitate. Vidimus ibi duo, & etiam Ordinarium ejusdem Abbatiz.

S. Amandi Benedictinorum Monasterium Diocesis Tornacensis, habebat Breviaria ac Missalia varia manu scripta in pergameno, & vocem, *Conceptionis*, cum aureis litteris, summum minus duplex cum cappis. Vidimus ipsa ibi.

Ambianense, duplex majus officium particularare *Conceptionis*. Impress. Rothomagi 1540. & aliud erat ad usum majoris Monasterii sub titulo *Conceptionis* duplex. Impress. Turonis, an. 1545. in 8. Vide infra Missale hujus Ecclesie.

Andegavense, sub titulo *Conceptionis*. Extat impressum anno 1502. & alterum 1624. in 4.

Rituale Andegavense ad Romani formam expressum, R. in Christo Patris D. D. Guilielmi Episcopi Andegavensis auctoritate editum, 8. Decembris: *Conceptionis B. MARIE Virginis duplex*, rubris literis. Impress. Parisiis 1626. in 4.

Anglicanum, ut habetur in *Martyrologio impr.* 1640. in 8. ad diem octavam Decembris, ubi sic dicitur: *Conceptionis gloriæ & Immaculatae Virginis MARIE*, quod festum coepit celebrari in Anglia per Monachos Ordinis S. Benedicti, & S. Anselmum Archiepiscopum Cantuariensem. prope an. 1070. & postea fuit confirmatum à Sancta Ecclesia Romana, & iussum quod illius festum per totam Christianitatem celebretur, ad augendam devotionem fidelium ad tam magnam Dominam, & Protectricem, &c. Constat etiam ex Concilio celebrato Oxonia anno 1222. ut videre est Centuriæ 13. c. 9. columnæ 842. & in libro impresso Basileæ, anno 1575. in fol.

Aniciense, in officiis particularibus auctoritate Justi de Serra Episcopi, &c. sub titulo *Conceptionis Immaculatae B. MARIE*. Impress. ibi anno 1624.

Anonymum, absque principio, & fine, sed antiquum, in solemnitate *Conceptionis B. MARIE Virginis*, ad Vesperas: *Conceptionis gloriæ*. Extat in Bibliotheca Collegii Romani, llib. D. plut. 4. &c.

Anselmi officium de *Conceptione Virginis MARIE*, cuius rubrica est: In vigilia, ad Vesperas Psalms, & Antiphona sicut in Nativitate, &c. Extat impressum in Armamentario, & Bibliotheca nostra, & apud Bivarum.

Antiqua Breviaria tam impressa, quam manu scripta, habentia officia diversa de *Conceptione*, in-

O.

venimus

venimus praece centum, sed cum non haberent cu-  
jus Ecclesiae essent illa decrevi omittere; do ta-  
men aliqua exempla.

Antiquum Breviarium manuscr. existens in Bi-  
blioteca Patrum de Nazareth Tertii Ordinis, &  
aliud manuscr. ibidem, propè templum Parisiis:  
*De Conceptione B. MARIE*, ad Vesperas: *Gaude  
Mater Ecclesia*, &c. Hymnus: *Sponsa Christi  
fulgida*, &c. est specialis. Oratio: *Deus ineffabili*  
&c. Lectio: *Anselmus Cantuariensis*, &c. Res-  
ponsořia, Antiphona, & alia sunt rarissima in  
charta pellicea in 4. Et in alio ibidem existente:  
Tu quæ furentem Leviathan serpentem tortuo-  
sumq; & vestem collidens, damnolo criminis mun-  
dum exemisti, &c.

Antiquum manuscr. in charta pecorea minutissimi characteribus, in festo Conceptionis Virginis MARIE officium, & incipit prima Lectio: *Anselmus ve-  
nerabilis Cantuariensis*, &c. Ex Biblioth. D.D. Car-  
din. Barberini.

Antiquum officium Immaculatae Conceptionis B. Virginis MARIE, impress. Venetijs 1481. repe-  
ritur in Biblioth. Fratrum Minorum Provinciae Coloniae. Initium: *Sicut lumen, Collecta: Deus qui  
per Immaculatam Virginis Conceptionem Invitatorium:  
Immaculatam Conceptionem Virginis MARIE*, &c.

Antiquum in charta pecorea manuscr. ad finem adducit officium sub hac rubrica: *In festo Concep-  
tione, vel sanctificationis Sanctissime MARIE Virginis; O-  
ratio: Deus ineffabilis misericordie. Prima Lectio:  
Conceptione veneranda, cum reliquis, ut in S. Anselmo.* Est in Bibliotheca D. D. Cardinalis Barberini, numero 1841. in 4. magno.

Antiquum manuscr. minutissimi characteribus in charta pecorea, adducit officium in festo Conceptionis B. Virginis MARIE, quod incipit: *Gaude Mater Ecclesia*. In Bibliotheca D. D. Cardin. Barberini. in 8.

Antiquum in charta pecorea manuscr. fol. 338. *In Conceptione B. Virginis MARIE*, totum officium sicut in Nativitate, praterquam ubi nominatur nomen Nativitatis, mutatur in nomen *Conceptionis*. Breviarium hoc sicut scriptum per Fratrem Stephanum de Bafaria, Monachum Sancti Bartholomaei de Florentia, anno 1487. ut dicitur ad finem eiusdem, in Biblioth. D. D. Cardin. Barberini, num. 1847. in 16.

Antiquum in charta pecorea manuscr. fol. 314. adducit officium Conceptionis Virginis MARIE, quod incipit: *Gaude Mater Ecclesia*. Lectiones primi Noct. In diebus illis erat vir nomine Joachim, &c. secundi vero: *Sermo Sancti Anselmi Episcopi. Anselmus Cantuariensis*, &c. Exstat in Biblioth. D. D. Cardin. Barber. num. 1843.

Antiquum in charta pecorea manuscr. pulcheris characteribus: In solemnitate Conceptionis B. MARIE Virginis, omnia dicuntur, sicut in Nativitate eius, prater Lectiones, & nomen, ubi dicitur Nativitas, dicitur *Conceptione*. Lectiones: *Anselmus Cantuariensis*, &c. & sunt novem Lectiones. In Bibliotheca D. D. Cardin. Barberini, absque num. in capsa speciale.

Antiquum manuscr. in charta pecorea subtilissima, adducit officium Conceptionis Virginis MARIE: *Gaude Mater Ecclesia*. Lectiones primi Nocturni: *Crescente Mundi*, &c. est officium singulare. In Biblioth. D. D. Cardin. Barber. num. 1844.

Antiquum in charta pecorea existens in Bibliot.

Societatis Jesu Matriten. ad medium adducit offi-  
cium Conceptionis Virginis MARIE. Exstat ibi manus-  
cript. in 8. magno, & incipit: *Gaude Mater Ec-  
clesia*, &c.

Breviarium antiquissimum in charta pellicea  
die 8. Decembr. *Conceptione B. MARIE duplex ma-  
jus*, rubris litteris. Ad Vesperas Antiphona: *Gaude  
Mater Ecclesia*. Capitulum: *Dominus possit  
me*. Oratio: *Omnipotens sempiterne Deus qui  
Conceptionis diem Genitricis filij tui, semperque  
Virginis MARIE voluisti solemnitate annua ven-  
rari: tribue quesumus, &c. Invitatorium: *Eia po-  
viliges Domino, jubilemus fideles: Concepcionis  
Sanctæ dignum celebrantes MARIE*. Antiphona  
ad Nocturnum: *Gaude fidelis concio, &c. & sus-  
particulares Lectiones: Crescente religione chris-  
tiana, &c. Et est historia particularis festivitatis  
Breviarium est absque principio, & fine in Bi-  
bliot. D. D. Cancellarii Parisiens. Et in alio an-  
quo Breviariorum, in festo S. Annae in quadam Re-  
ponsorio sic dicitur: *Beata, cuius ubera suxit non  
puerpera omni labore munda, &c.***

Antisiodorene, solemne de Conceptione sine ob-  
via. Exstat impress. Parisiis apud Petrum Rop-  
absque anno impressionis.

Aptense, habet officium de Conceptione, cuius  
rubrica est: Breviarium secundum usum majorum  
Cathedralis Ecclesiae Aptensis, noviter impressum  
& emendatum. 6. Idus Decembri: *Conceptione Beate  
MARIE Virginis duplex maior*, rubris litteris: De-  
plex maior folium ponit die Nativitatis Domini  
illo mense. Et folio 292. in festo Conceptionis  
MARIE Virginis duplex maior; in primis Vespere  
Antiphona: *Gaude Mater Ecclesia*. Est officium  
particulare, & Hymni ijdem cum illis Aquentis  
Lectiones: *Conceptionis gloriose Dei Geniti-  
cis, &c. & sunt singulares*. Impress. 1532. in 8.

Aquense, cuius rubrica est: Incipit ordo Bre-  
viarij secundum morem & consuetudinem Sanctæ  
Metropolitanæ Ecclesiae Aquensis. 6. Idus De-  
cembri: *Conceptione Beate MARIE Virginis*, ne-  
vem Lectiones, quatuor cappas. Et folio 253. *Festum  
Conceptionis Beate MARIE*, est festum quatuor  
capparum, Antiphona duplicantur. Ad Vespera  
Antiphona: *Gaude Mater Ecclesia*, &c. Et sus-  
particulares. Capitulum: *Ego quasi vitis. Hymnus:  
Novum surgat in gaudium, vox, mens, des-  
sis, cor, ratio, plebi datur humilium Dei Matris  
Conceptio. Jam grata lux producit, nuruli-  
perni muneras, à qua mox umbra pellitur pri-  
labi originis, &c.* Oratio: *Deus qui B. Maria  
Virginis Conceptionem, &c.* Ad Matutinum  
Invitatorium: *Eia pervigiles Domino jubilate fide-  
les, Conceptumque pie solemnizate MARIE. Hymnus:  
In plaufu grati carminis adsit nobis laeta-  
dum Dei Matris Virginis, sacra dantur initia. Co-  
lumba mitis, humilis, que felle caret criminis, fer-  
signum clementiae, ramum virentis gratia, &c.* Totum est officium singularissimum. Impressum  
aetatis characterib. absq; loco & anno in Bibliot.  
D. D. Cardinalis Mazarini in 8.

Arelatense, habet officium Conceptionis; et  
impressum anno 1640. cum Breviario Ecclesiae  
Utrechtensis, Coloniae; & antiquum, cuius rubri-  
ca est: Breviarium recens ad usum Arelatensis  
Ecclesiae, ex veteri ac novo Testamento, &c. nun-  
ex Homiliis & Sermonibus Sanctorum, approba-  
torum Doctorum: de novo per Reverendissimum

in Christo Patrem ac D.D. Joannem Ferreum  
dicte Arelatenis Ecclesie Archiepiscopum be-  
ne meritum, absoluē instauratum: est 8. Decem-  
bris: *Conceptio Virginis MARIE* duplex majus, ru-  
bris litteris. Et fol. 503. *Conceptio Virginis MARIE*  
duplex majus, omnia dicuntur sicut in Na-  
tivitate ejusdem, exceptis *Oratione*, & *tertia Lectio*  
&c. *Oratio*: Omnipotens sempiterne De-  
us, qui *Conceptionis* diem, &c. *Lectio*. 3. Augu-  
stini: Magnifica illum, qui te ab omni peccato  
præservavit, &c. *Dominicus*: Sicut primus Adam,  
&c. *Omnia ex dictis Sanctorum*. *Impress.* Aquis-  
t. 1549. in 8.

Areamense Breviarium, habebat officium *Concep-*  
*tionis*, sed carebat principio, & fine.

Argentinense, habet officium sic: *Incipit Brevi-*  
*arium per circulum anni, secundum Chorum Ec-*  
*clesie Argentinensis*, fol. 819. In *Conceptione B. MARIE Virginis*, ad Vesperas Antiphona: Quām pul-  
chra es amica mea, quām pulchra es, & oculi tui  
columbarum, alleluia. *Psalmus*: Lætatus sum, &c.  
Et omnes Antiphone sunt particulares desumptæ  
ex Canticis. *Capitulum*: Dominus possebit me.  
*Hymnus*: Gaude visceribus Mater in intimis, &c.  
*Orazio*. Supplicationem servorum tuorum Deus,  
&c. Ad Completorium omnia singularia, & ad Mat-  
tutinum Antiph. Sicut lily inter spinas, sic ami-  
ca mea inter filias, &c. *Lectio prima*: Tempore  
illo, quo diuinæ placuit majestati, &c. Est historia  
Helsini. Habet *Lectiones* pro octava ex S. Anselmo,  
& totum officium est singularissimum. Est  
antiquum ab eis ann. impress. in Conventu Pa-  
trum Tertiij Ordinis B. MARIE de Nazareth, Pa-  
risijs in 8. & aliud ibidem ad mandatum R. P. &  
Principis D. Ruperti Episcopi, & Ducis Bavariae,  
&c. impress. ann. 1478. in fol. & alterum impress.,  
anno 1520.

Item, in alio sic dicitur: Horarum Canonica-  
rum tam diurnalium, quām nocturnalium secun-  
dum Breviarium, & ordinarium Chori Ecclesie  
Argentin. In *Conceptione S. MARIE* ad Vesperas  
Antiphona: Quām pulchra es amica mea, &c. Antiphona speciales. *Hymnus*: Gaude visceribus  
Mater in intimis, &c. Specialis *Oratio*: Supplicatio-  
nen. *Lectiones*: Tempore illo &c. Et sunt tria  
miracula Helsini, Levitæ Hungariae, & Clerici Gal-  
li. Et Orationes particulares. Hujus festi memo-  
ria colitur per octavam in Matutinis. Et adducit  
*Lectiones* particulares pro octava. Impress. Ar-  
gentinae 1478. in 4. charta pellicea.

Asturicense Breviarium, habet officium *Concep-*  
*tionis Virginis Marie*. Impress. anno 1564.

Athanicense etiam Breviarium, ut colligitur ex  
ejusdem perpetuo Missali, ubi *Oratio* erat ista:  
Benedicta Virginis MARIE Immaculata *Conceptione*  
gaudentes, te supplices deprecamur omnipotens  
Deus, ut qui ineffabilem eius innocentiam purita-  
tem sincera devotione confitemur, ad conteplanan-  
dam ejus gloriam in cœlesti Palatio, ipsa intercede-  
nte sublevemur. Per Dominum nostrum, &c.

Atrebatense, habet hanc rubricam: Prima pars  
Breviarij secundum usum insignis Ecclesie Atre-  
batenensis. In *Conceptione B. MARIE Virginis* ad  
Vesperas Antiphona: *Beatisime Virgins MARIE*  
*Conceptionem* deuotissimè celebremus, &c. *Capitulum*:  
Surge propta, &c. *Hymnus*: Quem terra, pontus.  
*Oratio*: *Supplicationem*. *Lectiones*: Tempore quo  
divine placuit pietati, &c. Est officium singulare.

Parisijs 1514. in 12. & Parisijs 1514. in 8. & aliud  
1505. & officia omnia Atrebati anno 1632. Vide  
Missalia.

S. Audohemi Rothomagen. Auctore, ut ibidem  
dicitur, Mariano de Camosnio, recitabat de *Con-*  
*ceptione*. Vidi mus etiam *Annuale*, sed erat sine an-  
impressionis.

Audomarense, sub hac rubrica: *Ordinarium*  
*Sanctorum Cathedralis Ecclesie S. Audomari*; die  
octava Decembris. *Conceptio B. MARIE Virginis*  
duplex. *Decanus*, *Cantor*, *Impress.* Antwerpiae anno  
1633. in 4. & in alio impress. 1550. dicitur *Du-*  
*plex*, *Decanus*.

Aversantim, quod impressum fuit, ut ibidem di-  
citur, *Alexand. Pont. Max.* & *Ferdinando Rege Sa-*  
*pientissimo regnantiibus*, folio 67. habet officium  
*Conceptionis Sancte MARIE*. Impress. 1499. in 4.

Augustacense in Germania, in festo S. Anna ha-  
bet *Responsorium* octavum sic: O Mater Anna o-  
rabilis, oliva pulchra, fertilis, alta, fructu foecunda,  
beata cuius ubera suxit Virgo puerpera, ab om-  
ni labore munda, &c. Impress. primo Venetijs 1495.  
deinde, Augustæ absque anno.

Augustenense, cuius rubrica est: *Breviarium se-*  
*cundum ritum almæ Ecclesie Augustensis*, Pars  
æstivalis: *Conceptio Sancte MARIE Virginis*. Vene-  
tiis anno 1519.

Aurelianense, recitat de *Conceptione Virginis*; di-  
citur enim in impressionibus 1542. & 1602. Offi-  
cium totum proprium, hoc est: *Ant. pro 1. Vesper.*  
*Matutino & Laudibus*. Item, *Invitatorium* & *Re-  
sponsoria* Matutinorum rythmica omnia, initium:  
Gaudie Mater Ecclesia. Vide infra, *Missalia*.

Auriense, fol. 110. habet officium *Conceptionis*  
*Virginis MARIE*, impress. sed caret principio & fi-  
ne; extat in Ecclesia Toletan.

Bambergense, habet officium *Conceptionis*. Im-  
press. Vilingæ, anno 1575. fol. 658.

Bafileense, in festo *Conceptionis B. MARIE Vir-*  
*ginis*, quām plura habet pro Immaculata Virginis  
*Conceptione*, quorum hæc pauca transcripsimus.  
*Invitatorium*: *Verbum Patris, Matrem præservans à labe*  
*peccati*, venite adoremus. In *Responsorio* secunde  
*Lectionis*: Filius Dei Patris fundans eam in sua  
*Conceptione*, gratiam Virginis contulit singula-  
rem, & ipsam ab originali macula præservavit. Ver.  
MARIA fui Genitricem sublimiori sanctificatio-  
nis genere redemit, & ipsam ab originali peccato præ-  
servavit. Et in *Responsorio* tertia *Lect.* dicit: *Im-*  
*munem semper fuisse MARIAM ab omni originali*, & *actu-*  
*ali culpa*, *sanc&tamque*, & *Immaculatam*, & *quod*  
*nunquam Virgo subjacuit peccato*, est consonum Fidei,  
sacrae Scripturæ, & rationi. Item, in *Responsorio*  
quinta *Lectionis*: *Ab omni peccato originali Dei Ma-*  
*tre* constat fuisse immunem, per quam maledi-  
ctio Eve Matris est soluta, & omnibus benedictio  
condonata. Ver. Nullis quando nata est, delictis  
subjacuit, nec originale peccatum in utero sanctificata  
contraxit, &c. Et in *Responsorio* 6. *Lectionis*: *Sacra-*  
*rium Spiritus Sancti*, Virgo Beatissima in suæ  
*Conceptionis* exordio non est destituta gratiæ, &  
à servitute omnis peccati fuit liberrima, &c. In *Respon-*  
sorio 7. *Lectionis*: Ex pungente spina pulchre ru-  
bens oritur rosa, & radice vitiata, sine virtù pro-  
diit virga Jessé MARIA, &c. Item in *Responsorio* 8.  
*Lectionis*: Ad summum puritatis MARIA pervenit,  
nulla contagione inquinata peccati, sed fuit ab originali,  
& actuali immunis. Ver. Purissima namque fuit,

que neque originale incurrit peccatum, mortale, aut veniale, sed, &c. In prima Antiphona ad Laudes: *Concepcion glorie Virginis MARIE digna est omni laude, quam fundavit Altissimus sublimiori sanctificationis genere, &c.* Alia brevitatis causa prætermittuntur. Impress. Basileæ 1515. in fol. Extat in Bibliotheca D.D. Cardinalis Barberini.

Item, in Directorio sic dicitur: Directorium Bafileenense, novo restituto Breviariorum accommodatum. Jacobi Christophori, Episcopi Bafileenensis iussu editum; die octava Decembri, *Concepcion Sancte MARIE Virginis duplex, rubris litteris. Impress. Friburgi Brisgoie 1585.* in 4.

S. Bavonis, juxta Gandavum habemus antiqua Breviariorum manuscripta, cum singulari Antiphona, & Oratione de *Conceptione*.

Bellovacense, vetus habebat officium *Conceptionis* ex P. Guyeto. Est etiam ex impress. anno 1554.

Benedictinorum Breviariorum diversa vidimus sexdecim, & omnia adducunt festivitatem *Conceptionis*, quorum rubricæ sic se habent: Breviarium Monasticum Pauli V. Pont. Max. auctoritate recognitum, pro omnibus sub Regula Sanctissimi Patris Benedicti militantibus, folio 719. In festo *Conceptionis Beate MARIE duplex*: *Concepcion gloriose. Parisijs 1628.* in 8. Procesionale Ordinis S. Benedicti, in proprio de Sanctis, a fol. 4. In festo *Conceptionis Beate MARIE Virginis Responsorium*, rubris litteris: *Concepcion gloriose, &c. cum Hymnis, versiculis, & statione in Cantic. Rothomagi 1613.* in 8. & Ingolstadij anno 1589. in 16. & aliud impress. Ibris.

Benedictinum Observantium Congregationis Cassinensis, alias S. Justinæ de Padua, ex decreto Capituli Generalis anno 1584. reformatum, & per D.D. Gregorium XIII. confirmatum, fol. 273. officium proprium, & singulare de *Conceptione V. MARIE*, ulque ad fol. 276. Impress. Venetijs 1586. in fol. in Biblioth. D.D. Cardinalis Barberini, & & aliud impress. ibid. ann. 1589. in 4. Item, S. Benedicti Congregationis Vallisoletanae, habet aliud officium *Conceptionis Virginis MARIE*, impress. Salmanticae 1567. in 8. Item, aliud secundum Regulam S. Benedicti, cum officio *Conceptionis Virginis MARIE*. Impress. 1613. fol. 627. Item, aliud cum eodem officio *Conceptionis Virginis MARIE*. Impress. 1555. fol. 220.

Bichenle, in Regno Aragoniæ, habet officium *Conceptionis*, extat cum Breviario Helanensi. Ita D. Ant. de Lupian. Zapata, cap. 15.

Bisuntinum, de *Conceptione*, duplex. Extat impress. Parisijs 1524.

Bituricense, ut dicitur in libro: Praxis universa Canonica, fori Ecclesiastici Gallici, &c. Auctore Joanne Chenu J. C. in Constitutionibus Synodalibus factis à Reginaldo de Beaune Archiepiscopo, in Kalendario dierum cessationum jurisdictionis Ecclesiastica, die 8. Decembri: *Concepcion Beate MARIE*. Parisijs 1621. in 8. & 1528. ut in Assumptione: Regina mundi. Lectiones S. Anselmi. Breviarium insignis Patriarchalis, Primatalis, & Metropolitanæ Bituricensis Ecclesiae. Idus Decembri *Concepcion Beate MARIE Virginis Succentoris*, rubris litteris, & fol. 363. In festo *Conceptionis Beate MARIE Virginis* ad Vesperas Antiphona: Regina mundi, & Domina, &c. & sunt speciales. Ad Magnificat: Gloriose Virginis MARIE Conceptum dignissimum recolamus, &c. Oratio: Supplicatio-

nem. Totum officium est singulare. Impress. Bituricensis 1587. in 8. Manuale Sacrorum, seu instrumentorum, & officiarium Sacerdotum, &c. ad usum Bituricensis Diocesis. 8. Decemb. *Concepcion Beate MARIE duplex, rubris characteribus. Impress. Parisijs absque loco & anno.*

Biternense manuscriptum, cuius initium est diem dies B. Virginis *Conceptionis*, tergit nexum, &c. anno & loco impress.

Bitrense habet officium *Conceptionis B. Virginis* cum rubrica singulari, & officio particuli, & est impress. apud Augustinianos, Ibris.

Bivar del Cid, prope civitatem Burgen. in Conventu Monialium, ad imaginem B. Virginis ex novo formatam, habuit Breviarium antiquum cum festivitate *Conceptionis*. Ita D. Anton. Zapata in sua Hispania primogenita, cap. 12.

Boloniense editum à Francisco Porrochol: *Concepcion B. Virginis duplex solemne 2. classis, & cetera brabitur etiam venerit in die Dominica. Impress. Parisijs 1647.* in fol.

S. Brigittæ Breviarium, habet officium *Conceptionis* cum octava. Extat impress. Colonie 1620.

Briocense, cuius rubrica in Manuali est: Ad usum Ecclesie Briocensis. 8. Decembri: *Concepcion B. Virginis 1x. L. D. F. Impress. in charta porcore, rubris litteris. Vide verbo Missale.*

Braccarense, à D. Roderico à Cueva, Archipusule, &c. In festo *Conceptionis B. MARIE Virginis* folio. Impress. 1543. in 4. Ad Vespertas Antiphona: Gaudete Mater. Capitol. Dominus possedit me. Oratio: Omnipotens tempiterne Deus, fol. 611.

Brionense recitat de *Conceptione Virginis MARIE* ad annum 1443. ut constat ex ejus Missale. Vide infra.

Bripincense, habet hanc rubricam: Psalterium & Breviarium Ecclesie Bripincensis, Magilli Joannis Angeli, viri peritissimi diligentie correctione, &c. folio 258. In *Conceptione Beate MARIE* omnia aguntur sicut in festo Nativitatis eius, præter quod non solemniter in Responsoriis Horarum, & Antiphona super Magnificat aguntur: & loco dictio Nativitas ponitur *Conceptionis*. Lectio prima: Tempore illo quo divina pietati, &c. Est historia Heslini.

Brugense in Belgio, id est, Sancti Donatiani Brugis, habet Officium *Conceptionis B. MARIE*, in Hymno inquit:

*Vt sydus inter nubila,  
Vt in spinis resula,  
Apparuit haec virginula  
Fructum præbens per secula.  
Haec Virginis Concepcion  
Est lans, & exultatio,  
Angelorum collectio,  
Mundumque replet gaudio,*

Ita Antonius Balinghen, in Parnasso Mariano, fol. 20.

Bruxellense in Belgio, Ecclesie S. Gudulæ, *Conceptione B. Virginis duplex majus. Impress. Parisijs 1516.*

Burdegalense in Gallia, ut videre est in Breviariorum antiquissimo manusc. cuius rubrica est: Incipit officium Beate MARIE secundum morem Monasterij S. Crucis Burdegalensis. Ad diem octavam Decembri. *Concepcion Beate Virginis. Ad Vesperas Capitulum: Dominus possedit me. R. Solent justitiae. Hymnus: Ave maris stella. Oratio: Deus ineffabilis*

ineffabilis misericordiae, qui primæ piacula mulieris, &c. Ad Matutinum Invitatorium: Corde & voce simul, &c. Lectiones sunt 12, & prima incipit: Ad honorem, & laudem Beatae, & gloriose Dei Genitricis MARIE enarrabimus, qualiter Conceptionis dies solemnis agi institutus est. Tempore quo Willelmus Dux Normannorum, &c. & prosequitur historiam latè. Ad Sextam Oratio: Deus, qui Beatae MARIE Conceptionem, &c. Ad Nonam: qui Omnipotens semperne Deus, supplices te rogamus, ut B. MARIE semper virginis, cuius venerandam colimus Conceptionem, pia interventione, conjungi mereamur gaudijs civium supernorum. Per Dominum nostrum, &c.

Burgenis in Hispania, ad diem 8. Decembris, incipit: *Officium Conceptionis B. MARIE.* Ad Vespertas super Psalm. Antiphona, & omnia necessaria, exceptis quæ hic continentur, quæ in Nativitate Sanctæ MARIE. Attende, ubi dicitur Nativitas, dicitur *Concepio*, &c. Deinde adducit officium, quod in nostro Choro Castrorum devotè integrum dabimus. Item, extat alterum sub hoc titulo: *Incipit Officium Conceptionis B. MARIE, &c.* Non habet principium, neque finem, neque foliationem; integrum tamen extraximus ex Biblioth. D. Cardin. Barberini. Extat aliud officium speciale ejusdem Ecclesie, impress. ann. 1538: fol. 163, & alibi in 4 regali, fol. 270. de quibus in nostro Armamentario, colum. 201. Item, aliud antiquum manuscrip. editum ann. 1218. per D. Epilcopum Mauritium de Burgis, quod servatur in Ecclesia S. Gader, Archiepiscopatus Burgen. de quo latè agit Anton. de Lupian. in suo Memoriali. Calagurritanum, folio 311. habet officium *Conceptionis Virginis MARIE*, carentis principio, & fine. Impress. anno 1496. cum sequenti, fol. 10.

Calceatense cum Calagurritano sub titulo *Conceptionis*, & est speciale, & alia tria apud D. Rui Gomez Ducem de Hijar. Impress. cum Calagurritano anno 1496. *Concepio B. Virginis*: *Gaudie Mater Ecclesia* in 4. fol. 10.

Calcedonense, recitabat de *Conceptione Immaculata*, ut colligitur ex quadam Episcopali, cuius titulus est: *Episcopale pro R. D. Domino Jacobo Armeni Episcopo Calcedonen. & Doctore Theologo*; in mediis habet hanc rubricam: Sequuntur benedictiones dicendæ in festis Sanctorum, & Sanctarum. In *Conceptione B. MARIE*: *Omnipotens Dei Filius, qui sue Matris hodie sanctificavit initia, errorum vestrorum expurgare dignetur vita. Amen. Et qui sanctissime Genitricis nos facit gaudere solemnijs, &c.* Est MS. in charta pellicea characteribus antiquis. in Monasterio S. Genovefæ Parisiæ. in 4. Item, ibidem aliud Pontificale habet eandem benedictionem, & est in fol. in charta modernioribus characteribus.

Calvarie, ut constat ex Ceremoniali Gallico, cuius rubrica talis est: *Ceremonial des Religieuses de la Congregation de notre Dame de Calvairie, erigee en France selon la premiere institution de la Regle de Sainte Benoist: cap. 2. de Ceremoniis obleviandis omnibus anni mensibus* fol. 224 §. 1. de mense Decembri: *Die octavo officium Immaculatae Conceptionis Sancte Virginis* fiet officium duplex 2. classis, cum octava, ut Patronæ specialis nostræ Congregationis. Et est in hoc die Indulgentia plenaria pro visitantibus Ecclesiæ nostræ, &c. Deinde adducit rubricam:

Si quando propter Dominicam sit transferenda, non tamen Indulgentia transfertur, quia sic est de mente S. Patris. Et si aliqua ex ejusdem Ordinis Ecclesiæ sit dicata ad honorem Immaculatæ Conceptionis, ipsi faciunt officium duplex 1. classis, in quacumque incidet Dominica, &c. Parisijs 1661. in 8.

Camaldulense, in Kalendario sic habet: *Concepio S. MARIE Virginis solemnitas plenissima. Lib. impress. Venetijs apud Joannem Variseum, absque anno impressionis.*

Cameracense, in Nicrologo, seu Kalendario manuscripto, extat hæc memoria: 6. Idus Decembris. *Concepio B. MARIE Virginis*, quatuor libras. D. Erlebaldus Presbyter, Henricus, & Oibaldus filius ejus, vigiliam cum Missa, & apponit plures alios fundatores quorum nomina ex antiquitate ferè legi non possunt. In ipfa Cathedrali vidimus plura Breviaria manuscripta, & Missallia; extat etiam impressum Breviarium ann. 1559. cum in signum festivitatis.

Canonicorum Regularium S. Augustini, vidi mus per totum Belgum diversa Breviaria manuscripta, verbi gratia Cameraci, de *Conceptione Virginis MARIE* unum, & aliud incipiens: *Gaudie Mater Ecclesia*. Item, aliud ubi dicebatur: *Concepio S. MARIE Virginis duplex majus*. Item, aliud impressum, & sic possum numerare viginti Breviaria manuscripta inventa in diversis aliis Abbatii. Impressa vero solum duo; unum impressum Parisijs 1585. ubi festum Conceptionis erat duplex solemne in 12. & alterum absque anno, & loco impressionis. MS. alia etiam vidimus aliqua.

Capuanum in Italia, sic habet: in vigilia *Conceptionis B. MARIE Virginis*; ad Vespertas Antiphona: *Dum esset Rex in accubitu suo, &c.* Impress. ann. 1489. fol. 522.

Carmelitanum Capituli Generalis decreto restitutum, & auctoritate Apostolica approbatum, &c. In *Conceptione B. MARIE Virginis*, & incipit: *Hæc est Regina Virginum. Impress. Lugduni 1587. fol. 662.* Extat & aliud sub hoc titulo: *Antiquæ professionis Regularium Beatissimæ Dei Genitricis, semperque Virginis MARIE de Monte Carmelo, ex usu, & consuetudine approbatæ Hierosolymitanæ Ecclesie, & S. dominici Sepulchri, &c.* fol. 426. *Concepio Immaculatae Virginis MARIE*, totum duplex. Incipit: *Sicut lumen. Impress. Venetijs 1579.*

Carmelitarum, vidimus quam plura Breviaria impress. unum 1598. & in ordinario Divinorum officiorum dicitur sic: *Decreto Capituli Generalissimi celebrati Paduæ 1532. &c.* insuper in Capitulo Generalissimo Vincentiæ celebrato 1539. diligenter recognitum, &c. in rubricis Sanctorum, fol. 102. In *Conceptione Beatae & gloriose Virginis MARIE* totum duplex, rubris litteris. Ad Vespertas Antiphona: *Hæc est Regina, &c. Psalm. Laudate pueri, &c. reliqua, sicut in Annuntiatione.* Capitulum: *Ego quasi vitis, &c. Oratio: Deus ineffabilis, &c.* & est officium particulare, & rubrica satis longa. Lib. impress. Venetijs 1544. in fol.

Item, in alio sic dicitur: Breviarium de Camera, secundum usum Carmelitarum. 6. Idus Decembris: *Concepio gloriose Virginis MARIE* totum duplex, rubris litteris. Et 18. Kalendas Januarij Octava Conceptionis semiduplex. Item, in rubris: Item, fiat festum totum duplex, de omnibus illis Sanctis, & octavis, in quorum diebus, & octa-

vis Indulgentiarum in Mari magno concessa sunt. In primis est Nativitas Domini, dies Parasceves, Pascha, Pentecostes, *Conceptione Beatisimæ Virginis MARIE*, Nativitas ejus, &c. Et fol. 370. Incipit officium Immaculatae Conceptionis V. MARIE, editum per Reverendum Patrem Domintum Nogarolum, &c. Sicut lily, &c. impress. Venetiis 1460. emendatum per Venerabilem sacræ Scripturæ Bacchalaureum Fratrem Joannem Mariam de Pollicijs, seu Prandinum de Novolaria. Item, aliud Breviarium à Reverend. P. Joanne Baptista Rubeo, & Jacobo Maistret emendatum, & typis mandatum Lugduni 1575. in 16. adducit idem officium. Aliud Breviarium per Reverendissimum Sac. Theologæ Magistrum, Baptistam Venetum de Cathancis, idem officium. Venetiis 1548. in 8. Item, Breviarium idem impress. Venetiis 1495. in fol. Officium cum octava.

Carnotense editum à Nicolao de Thou, adducit officium particulare de *Conceptione Virginis* duplex solemne. Impress. Parisiis 1584. Et in Manuali ponitur duplex, ut in Nativitate. Parisiis 1604. Item in alio dicitur: Breviarium Carnotense a R. in Christo Patre Domino Nicolao de Thou Episcopo Carnotensi, unâ cum deputatis à Venerabili suo Capitulo emendatum, ac ex sacra Scriptura, & probatis Sanctorum historiis accuratè restitutum. VI. Idus Decembris *Conceptione Beate MARIE* duplex solemne; quam notam solùm ponit in die Nativitatis Domini illo mense. Et fol. 340. *Conceptione Beate MARIE Virginis* duplex solemne. Ad primas Vesperas super Psalmos diei, Antiphona sequentes: Hæc est Regina Virginum, &c. & sunt singulares. Oratio: Familis tuis. Lectiones secundi Nocturni, incipiunt: Nemo est sanè Ecclesia doctrinâ imbutus, &c. Ubis sic dicitur: At Beatissima Virgo Maria, sic à mundi constitutione selecta est, sibique preparata, ut ejus *Conceptione* singularis fuerit, nec ullas Adæ maculas admiserit: hæc carnem ex eo sumperit, incorrupta tamen ab omni labe permanuit, &c. de quo late; & Lectione 6. Verè dignum & iustum est, gratias & laudes Deo referre de mira Immaculatissimæ Virginis Conceptione, &c. Reliqua omnia sunt rara & singularissima. Impress. Parisiis 1584. in 8.

Carthusiense, ab anno 1509. semper recitavit sub titulo *Conceptionis*, solemini ritu, ut videre est in impress. Lugduni. an. 1587. & altera 1541. & Salutiis 1556. & 1551. in 12. Carthusiense ex decreto, & ordinatione Capituli Generalis, cura vero, & iussu Reverendissimi P. Domini Bernardi Cartassii, totius Ordinis Generalis Moderatoris restitutum, correctum, & impressum: *In Solemnitate Conceptionis Beate MARIE Virginis*, omnia sicut in Nativitate eiusdem, mutato nomine Nativitatis, in nomen Conceptionis. Impress. Lugduni 1587. Lectiones sunt ex S. Brunone, serm. 2. de laudibus Beate MARIE. Item, eiusdem Ordinis Breviarium: *In Solemnitate Conceptionis Beate MARIE Virginis*, &c. Lugduni 1642. Et aliud impress. Parisiis 1511. in 12. fol. 253. Vide de his, & alijs Breviariorum in Sole Veritatis, verbo Officia Ecclesiastica, ubi latius examinantur. Vide verb. Missalia, & Constitutiones, sive Statuta antiqua: ubi in Repertorio hæc habentur: Festum Sanctificationis B. MARIE amodò celebretur sub nomine Conceptionis. Cap. 1. tertia Compilationis §. 46. In hoc festo fiat officium, sicut in Nativitate eiusdem,

mutato nomine Nativitatis in nomen Conceptionis. Sunt illa Francisci à Puteo.

Cassalense, sive Cassalis, quæ Congregatio est specialis Ordinis S. Benedicti, recitabat de festivitate Conceptionis duplex majus, ut videre est in Breviario impress. Parisiis; & alterum adducit P. Guyotus in sua notitia, & alterum vidimus absque anno & loco impressionis, cuius initium erat: Tota pulchra, &c. Item, in Diurnali sic dicitur: 6. Idus Decembris: *Conceptione B. MARIE Virginis* duplex maius. Antiphona ad Vesperas: Tota pulchra amica mea, & macula non est in te, &c. Oratio: Supplicationem servorum tuorum Deus, &c. Antiphona: *Conceptione gloriose*. Impress. Parisiis 1534. Item, Bréviarium Parisiis 1586. festum adducit rubeis litteris, & officium particulare. Item, aliud Diurnale, habet idem rubeis litteris.

Cassinense Congregationis S. Iustinae, habet officium particulare *Immaculate Conceptionis*. Impress. Venetiis 1511. in 4. De alijs vide supra, verbo Benedictinum.

Cassinense Congreg. alterius notissimæ PP. Benedictinorum, recitabat de *Conceptione Virginis MARIE* duplex majus, ut videre est in impress. Venetiana, anni 1621.

Cathalaunense, impressum jussu Reverendissimi Henrici Clauste, enumerat inter festa illius Dicelis, festum *Conceptionis*. Antiphona: S. MARIA ecce misericordia, & totum officium, atque Hymni sunt particulares. Impress. Cathalauni 1636. in 8. Et alterum ab Ægidio, Lucemburgo Episcopo revisum totum duplex. Extat absque an. impress.

Cauriense, fol. 577. habet officium *Immaculatae Conceptionis* particulare. Impress. ann. 1559. in 4. Ceciliense, habet officium de *Conceptione Virginis MARIE*, cuius solùm inveni Missale. Impress. Parisiis, anno 1640.

Cæsaraugustana Breviaria, quæ addueunt officia *Immaculatae Conceptionis*, à nobis visa, sunt sequentia. Impress. anno 1497. & est: Sicut lily, &c. Item, in altero, fol. 54. Lectiones tertii Nocturni in die octavæ, sunt ex Decretali Sixti IV. Cum præexcelsa. Item, in alio impress. anno 1561. fol. 243. officium est: Gaude Mater Ecclesia, & in altero impress. anno 1527. fol. 343. rubrica est: vigilia Conceptionis: Sicut lily, &c. & sic eam in impress. 1556. fol. 539. Item, aliud ejusdem fol. 539. habet officium *Immaculatae Conceptionis Virginis MARIE*, sicut in officio Fratrum Minorum Impress. anno 1545. in 4.

Cælestinum, manuscriptum sic: Breviarium secundum consuetudinem Religionis B. Confessoris, quondam Papæ, Cælestini: *Conceptione B. MARIE* duplex: omnia sicut sicut in Nativitate ejus, mutato nomine Nativitatis, in nomen *Conceptionis*. Deus ineffabilis misericordia, qui prime placit mulieris, &c. Est MS. antiquis characteribus, in Bibliotheca S. Vedasti Benedictinorum Acreten. Vidimus etiam Diurnale, secundum ultimum Fratrum Cælestinorum. VI. Idus Decembris: *Conceptione Beate MARIE Virginis* duplex majus. Exst. in Biblioth. PP. Fullenfium Parisiis, MS.

Cisterciense, habet officium, fol. 375. de *Conceptione Beate Virginis*. Impress. Parisiis anno 1601. in 12. & incipit: Hæc est Regina Virginum, &c.

Civitatense, cum depicta imagine *Conceptionis*, fol. 371. habet rubricam in *Conceptione purissima B. Virginis MARIE*. Impress. anno 1515. in 4.

Cluniacense

Cluniacense, sub titulo Conceptionis recitat semper, ut videre est in Breviaris impressis Parisiis 1544. rubris characteribus, & 1547. cum duodecim Lectionibus, & est officium particulare, & 1559. alterum. Item, in alio extat hæc rubricat: Breviarium secundum ritum ac reformationem Venerabilium Patrum celeberrimi Monasterij Cluniacensis, &c. fol. 271. *Concepcionis B. MARIE Virginis*. Ad Vesperas super Psalmos. Felix namque. Capitulum: Egredietur virga, &c. Impress. illo, &c. Historia Helsini. Reliqua sunt specialia, & singularia Parisijs 1584. in 8. Item, sunt Horæ in laudem B. MARIE Virginis ad usum Sacri Monasterij Cluniacensis, die 8. Decembris: *Concepcionis B. MARIE duplex*, rubris litteris. Et folio 421. de quinque festis B. MARIE: Ave cuius Conceptionis, solemnis plena gaudio celestia, terrestria, novâ replet lætitia, &c. Parisijs 1625. in 12.

Cœnomanense impress. auctoritate Caroli de Beaumanit Parisijs 1633. & antiquum, habet hanc rubricam: Breviarium ad usum insignis Ecclesie Cœnomanensis, auctoritate Reverendissimi Domini Cardinalis à Rambulieto Episcopi Cœnomanensis, &c. per Canonicos Dominum Henrayer, & Dominum Bonfart emendatum, &c. & per Magistrum Joannem Moreau Doctorem Theologum recognitum, &c. 6. Idus Decembris: *Concepcionis Beatæ MARIE semiduplex*, rubris litteris, sed in Ecclesia Cathedrali duplex. Et hoc verbum semiduplex, etiam ponitur in die S. Stephani, & S. Joannis: sed duplex solum mense illo in die Nativitatis Domini. Item, in festis observandis per annum in Curia: *Concepcionis MARIE Virginis festum semiduplex*; sed in Ecclesia Cœnomanensi festum duplex; in primis Vespères Antiphona: Hæc est Regina Virginum, &c. Capitulum: Hodie concepta est. Oratio: Supplicationem. Lectiones: Erat vir in Israël, nomine Joachim, &c. Et omnes novem Lectiones sunt de historia, absq; Evangelio, totumq; officium est singulareissimum. Nota, quod de isto festo sunt octava, sed non solemnies, sicut in die, &c. Impress. Parisijs anno 1582. in 8.

Coloniense, habet officium speciale in impressione 1500. fol. 170. & 1518. in 8. & 1614. Item, in libro: Decreta, & Canones Concilij Provincialis Coloniensis celebrati, ann. 1536. fol. 32. de festis solemniter in illa Diœcesi celebrandis, mense Decembri: *Conceptionis B. Virginis*. Impress. Parisijs 1550. in 8. Vide etiam Mifiale.

Comenius in Italia, Patriarchinum nuncupatum, fol. 364. in festo *Conceptionis Beatæ MARIE duplex*, incipit: *Concepcionis glorioæ Virginis*. Impress. Comæ ann. 1552.

Compostellanum, fol. 287. habet titulum, seu rubricam: *Concepcionis Immaculatae Virginis MARIE*, & est sicut in officio Nogarolis. Impress. Salmanticae 1569. De alio huius sanctæ Ecclesie Breviario impress. anno 1469. mentionem facit D. Joannes Tamaius de Salazar, fol. 313. & dicit esse secundum officium Nogarolis: Sicut lilyum de quo multum dubito, quia forte fuit error typographiz, nam num. 4. futurus erat 5. & sic coincidit cum supra posito, à me viso, & recognito.

Conceptionistarum Monialium, Religionis Immaculatae Conceptionis, nuperinre reylium, & emendatum, tam in singulorum officiorum lectruris, quam etiam in kalendario, &c. & extat cum ima-

gine Immaculatae Conceptionis in principio; prima vero rubrica principalis, hæc est: Incipit Breviarium, secundum ordinem, s. ac *Immaculatae Conceptionis Beatissime Virginis MARIE*, indulsum, concessum, & confirmatum à Sacerdotiæ Romana Ecclesia, per Beatisimos Pontifices, atque Dominos; scilicet Sixtum IV. & Innocentium VIII. præfatum Ordinem, & Religionem instituentes, & Alexander VI. & Iulium II. dictum Ordinem, & Religionem, & officium approbantes, atque multiplicibus gratijs, & indulgentijs eam corroborantes, & faventes; quæ indulta, & gratias, etiam D. Leo Papa X. demum multipliciter ampliavit, & alias de novo concepit, &c. Impress. Compluti per Joannem Brocarium 1551. in 8. parvo, & Toleti 1508. in 12.

Conchense Breviarium, fol. 322. habet hanc rubricam: *Officium Immaculatae Conceptionis Virginis MARIE*, quod approbat, publicavit, & confirmavit Sextus Papa IV. cum illa indulgentia illud celebrantibus, quæ habetur per totam octavam Corporis Christi; &c. Impress. Conchæ 1560. in 4.

Conimbricensis: ibidem Martyrologium antiquum S. Crucis Conimbricensis: *Concepcionis Immaculatae Virginis MARIE Genitrix Dei*, quæ privilegio libera à peccato fuit. Lupian, cap. 4.

Cordubense, adducit officium *Immaculatae Conceptionis*, sicut in Breviario Minorum; tam impress. ann. 1489. quam illud impress. ann. 1508. Et aliud 1557. Extat etiam alterum eiusdem Ecclesie antiquis characteribus manuscriptum in Bibliotheca D. D. Laurentij Quoqui cum officio *Conceptionis Virginis MARIE*, in 8. parvo, & charta pecorea.

Constantiense Nicolai Briroy, duplex in Nativitate & 1609. in 12. In alio antiquo sic dicitur: Incipit Breviarium secundum modum Ecclesie Constantiensis ordinatum per R. in Christo Patrem & Dominum Hugonem de Landeberg, &c. 6. Idus Decembri: *Concepcionis S. MARIE sumnum*. Et fol. 321. à tergo de *Conceptione B. MARIE Virginis* omnia quæ recipiuntur in Nativitate ejus, etiam recipiuntur in hoc festo, præter quod Nativitas mutatur in *Conceptionem*, & *Invitatorium* canitur: In honore Beatissima Virginis MARIE jubilemus Domino; & sic observat Chorus Constantien. Inclinatione tamen ad historiam habentibus historiam subfrequentem tradimus. Ad Vespères Antiphona: Gaudeamus concio, &c. habet multa particularia. Lectiones ex historia Helsini, & in Oratione ad Nonam: Cujus sacræ *Conceptionis* solemniter latatur se debita laude venerari, &c. Missa: Gaudeamus; & venerandam vocat in alia, &c. est officium singulare. Et aliud impress. in Rutlingen cum officio diverso ann. 1482. in 4. Item, Kalendarium perpetuum ejusdem Ecclesie. Auguste impress. 1501. in 4. & in alio: Libellus utilissimus dans modum, & ordinem orandi secundum ritum Ecclesie Constantiensis. 6. Idus Decembri: *Conceptionis Sanctæ MARIE sumnum*, quam rubricam affert solum pro die Nativitatis Domini in illo mense, & est quasi Kalendarium perpetuum. Impressum Auguste 1501. in 4. Et in alio: In nomine sanctæ & individuae Trinitatis Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, ac glorioæ semper Virginis MARIE, & sanctorum Pelagi Martyris, Conradi Confessoris, ac Pontificis, Patronorum hujus Ecclesie Constantien. Incipit: Directorium, &c. 6. Idus Decembri: *Concep-*

ceptionis B. MARIE sumnum, & eandem rubricam habet solum in die Nativitatis Domini. Et postea dicitur: Festum sumnum est, quod speciali Completo, & Prima adoratur. Abique anno impressio- nis in 4. antiquis characteribus.

Croningense, haber officium Ecclesie Ultrajectensis. Impress. ann. 1640. Coloniae.

Dauentriense, recitat de Conceptione Virginis, cuius officium est impressum Coloniae cum illo Ecclesie Ultrajectensis 1640.

Derviense, ut colligitur ex Missali illius Ecclesie, quod manuscriptum vidimus Parisiis in Bibliotheca PP. Fullensium.

Dertusense, fol. 389. incipit titulus sic: Officium Immaculatae Conceptionis, &c. Impress. 1547. in 4.

S. Dionysii, cuius rubrica est: Breviarium juxta ritum regalis Conobii Christi Martyris Areopagite Dionysii, nunc primum accuratissime Parisiis excusum 1550. in 8. die 8. Decembris: Conceptionis B. MARIE semiannuale. De Conceptione, omnia ut in die Nativitatis, & ibi alterum Actuale Divini officij, die 8. Decembris: Conceptionis B. MARIE manuscript. in S. Dionysio, & in altero abique anno impressionis dicitur: Conceptionis semiannuale.

Dominicani habuerunt diversum modum recitandi de hac festivitate, alliquando sub titulo Conceptionis, & ab anno 1494. sub titulo Sanctificationis. Brevaria & Missalia, sub titulo ultimo, pertinent ad Solem Veritatis, & nunc solum reciteram illa officia Ecclesiastica, que invenire potui sub titulo Conceptionis. Et manuscripta pulcherrimis characteribus extant duo Brevaria in Bibliotheca manuscriptorum S. Laurentij Scorialis, & alia duo manuscripta in Conventu Annuntiationis, Ordinis Prædicatorum Parisiis, in via S. Honorati, & etiam est ibi Missale manuscriptum, & alia Horæ sub titulo Conceptionis. Item, est aliud antiquum impressum sub eodem titulo, quod vidimus in collegio Insulensi Societ. Jesu; sed carebat principio & fine. An. 1582. fuit impress. Venetiis Breviarium Ordinis Prædicatorum cum titulo Conceptionis, & Missale cum eodem titulo. Anno 1619. & anno 1604. Parisiis alterum Missale in quo dicitur sic: Missale Dominicanum, in quo omnia quæ in Kalendario, cum titulo Conceptionis, plenè perscribuntur, sed in aliis remittuntur &c. Et in corpore Missalis adducit Missale de Purificatione fol. 134. Exstat impress. Parisiis in officina H. de Maffret, apud Dionysium Cavellat. In Monasterio PP. Norbertinorum Florentiensi, propè Namureum, inveni aliud Missale, quod in Kalendario Mensium, habebat titulum Conceptionis, sed incorpore Missalis ad diem 8. Decembris, nullam adducebat Missam pro tali die, tanquam si illa festivitas non esset in Ecclesia Dei, nec in mundo. In Hispalensi Civitate, anno 1550. fuit impress. Breviarium cum titulo & officio Conceptionis, sicut in die Nativitatis, & alterum simile, anno 1571. Et etiam fuerunt impress. anno 1639. pro Fratribus Prædicatoribus, sub titulo Conceptionis, Horæ communes, & alia Horæ Ordinis Prædicatorum sub titulo Conceptionis. Impress. apud Simonem Bostræ. In Martyrologio impress. Venetiis 1582. in 4. sub titulo: Martyrologium secundum Ordinem Fratrum Prædicatorum cum eiusdem Ordinis Constitutionibus, & Regula B. Augustini, auctoritate Reverendi P. Fr. Seraphini Cavalli Mag. Generalis, &c. in Kalendario ad

diem 8. Decemb. inquit: Conceptionis B. MARIE Virginis, totum duplex. Et in Martyrologio, folio de Conceptione Sacratissima Virginis MARIE Genitricis Dei & Domini nostri Iesu Christi, festum totum duplex Ceremoniale. Impress. in codem libro anno. In Kalendario ad 8. Decembris dicitur: Sanctificatio Beatae MARIE Virginis, totum duplex. Explicit Breviarium secundum usum Fratrum Prædicatorum accurate castigatum, ac correctum secundum tenorem libri dicti Ordinis per quemdam Fratrem Conventus Parisien. impressum de penis venerabilis Bibliopolie Alma Universitas Parisiens. Joannis Petri, commorantis in vico S. Jacobi ad Interunguum lili aurei anno 1519. die 5. mensis Martij. Idus Decembris, totum duplex ruboris litteris, ut in die S. Thomæ, & Nativitatis. Et in proprio Sanctorum, folio 5. à tergo dicitur: Notandum, quod in festo Conceptionis Beatae MARIE Virginis, hunc omnia sicut in festo Nativitatis eiusdem, mutato vocabulo Nativitatis in vocabulum Conceptionis; Quare officium in fine libri deest tamen finis.

S. Donatiani Brugen. in Belgio dicesis Tongren. recitat de Conceptione ut duplex solemne, vide est in Breviario impresso anno 1520. et Missali manuscripto anno 1420. fol. 190. et Missale de Conceptione: Gaudeamus. Exstat in S. Augustino, Ipiris.

Dononiense iuxta Valencenas in Belgio, habet Breviarium manuscript. in pergamo, anno 1250. In quo, die 8. Decembris habet festum Conceptionis Beatae Virginis MARIE, de quo vide Eulogium Nieremberg. in lib. Except. cap. 27. fol. 500.

Dunense Ordinis Cisterciensis, habebat officium Conceptionis, & habebat 12. Lectiones, & Missali erant duas Missas pro festivitate Conceptionis.

Eborense, dispositum à D. D. Henrico ejus Archi episcopo, & postea Cardinali, ac Lusitanis Regis opera, & studio cuiusdam Patris Ordinis Prædicatorum, habet officium Conceptionis Virginis MARIE, de quo vide nostrum Armamentarium, col. 203. Tamaui de Salazar, fol. 312.

Ebroicense, recitat de Conceptione triplex, cum cessatione ab omni opere, de quo vidimus duobus Breviariis diuersa. sine an. & loco impressionis. Ita in Rituale sic dicitur: Auctoritate Reverendissimi in Christo Patris & D. D. Francisci de Pericard, Colonensis Episcopi. Die 8. Decembris: Conceptionis MARIE Virginis, duplex primæ classis, seu triplex quam rubricam habet in illo mense pro die Nativitatis Domini. Ebroicis 1621. in 4.

Edunense, de Conceptione B. MARIE Virginis quodrum cum octava, & habebat duo officia, unum Sixti IV. & alterum sicut in die Nativitatis, ut constat ex Missali. Impress. Parisiis 1536. in 8.

S. Emiliani de la Cogulla, recitat officium Conceptionis cum octava, & inter alia habet haec verba: In ea nunquam delictum originale fuit, sed semper gratia: quare scriptit Apost. Ubi abundavit delictum, superabundavit & gratia; sed non sicut delictum, ita & donum. Si enim unius delicti multi ceciderunt, & morruerunt, multò magis gratia Dei, & donum in gratia unius hominis. Christi in plures abundavit. Abundavit, & superabundavit gratia Dei super eam, quia non cecidit ex delicto peccati, sed semper fuit in luce puritatis. Ex Antonio de Lupian, in Hispania primogenita Eremi-

Eremitarum S. Augustini Djurnale antiquum manusc. apud Norbertinos S. Michaëlis Antuerpiæ: *Concepsio B. MARIE Virginis* 9. Lection. rubeis litteris in 4. & adducit tres Orationes.

Item, Breviarium eiusdem Ordinis, pulcherrimis scriptum characteribus in charta pellicea in 4. est ibidem.

Eremitarum S. Pauli, & Hospitalis S. Joannis Hierosolymitani, erat Breviarium sub titulo *Conceptionis*, ut refert P. Carolus Guyetus in sua notitia mihi transmissa.

Eystense, cuius rubrica est: Breviarium Cathedralis Ecclesie Eystensis, 6. Idus Decembri: *Concepsio Beate MARIE Virginis*, rubeis litteris. Impr. antiquissimis characteribus in Collegio Claramontano in 8. lit. M.

Felicitus de Girona, in Principatu Cathalonia, ut refert Anton. de Lupian, cap. 15. manuscriptum anno 1241. & alterum scriptum à Dominio Mauricio de Burgos, manu sui Capellani Gundifalvi, anno 1216. cuius originales permanet in Parochiali Ecclesia Sancte Gadeæ Archiepiscopatus Burgen. adducit Conceptionem.

Fontis Ebraudi sunt multa Breuiaria, unum editum ann. 1526. & alterum 1538. & aliud manuscriptum ann. 1461. In alio est hæc rubrica: Breviarium Sanctimonialium sub regulari observantia Fontis Ebraudi degentium, 6. Idus Decembri: *Concepsio B. Virginis MARIE* majus duplex, rubeis litteris. Est pars æstivæ absque anno, & loco impressionis, sed antiquum, id est, ad initium typographia. Vide verb. Missalia.

Fontis Braiden, de *Conceptione B. MARIE Virginis*, duplex maius. Extat impress. absque loco, & anno.

Fullenæ, recitavit semper sub titulo *Conceptionis*, ut vidimus Parisijs in ipso monasterio, quorum aliqua dabimus infra verb. Missalia.

S. Gadea in Hispania, habebat Breviarium antiquum sub titulo *Conceptionis*, de quo D. Antonius de Lupian Zapata, singulari nobis communivit notitiam.

Gandavenser in rubrica dicitur: Duplex majus officium Decani in quatuor, ad medium quintæ. De *Conceptione Virginis MARIE*, &c. Impress. ann. 1640. Vidi istud in S. Augustino Irenensi.

S. Genovefa, cuius rubrica est: Breviarium insignis Ecclesie S. Genovefae Parisiis, Canonorum Regularium S. Augustini, die 8. Decembri: *Concep-  
tio S. MARIE* duplex, rubeis litteris. Et in mente in corpore Breviarij hæc habet: In *Conceptione B. MARIE Virginis* omnia fiunt, ut in Nativitate; ubi dicitur Coepere, &c. MS. characteribus pulchris, & antiquissimis, &c. in Biblioth. eiusdem Monasterij in charta pellicea in 4. Vide Missale.

S. Gertrudis Lovanij, duplex de *Conceptione B. MARIE*, &c. Impress. anno 1551.

Gerundenæ, de sanctificatione, vel *Conceptione B. Virginis MARIE*, de quo late agimus in Sole Veritatis, verbo Officia Ecclesiastica.

Giennenæ, fol. 147. habet hanc rubricam: In *Conceptione Beate Virginis MARIE* festum est, &c. Et est particulare, absque foliatione & impressione. Aliud extat eiusdem Ecclesie, quod fol. 435. habet etiam officium speciale de eadem Virginis MARIE Conceptione, de quibus egimus in nostro Ar-  
mament. Regeft. col. 200.

Glandatenæ, cuius rubrica est: In nomine D. nost. Iesu Christi, incipit Missale secundum usum Ec-

clesie Cathedralis Glandatenis, & Ebredunensis. 6. Idus Decemb. *Concepsio B. MARIE Virginis* duplex majus. Et fol. 240. In *Conceptione B. MARIE* ad Missam, officium: Gaudeamus. Oratio: Deus qui Beatæ MARIE Virginis Conceptionem, Angelico vaticinio parentibus prædicti, &c. MS. in Biblioth. D.D. Card. Mazarini, pulchris imaginibus, & piæturi.

Gothicum officium antiquum, fuit distinctum à Muzarabe, ut colligitur ex Missali, de quo Antonius de Lupian, in sua Hispania primogenita cap. 6. fol. 20. loquens de Missali existente in Civitate Onatensi, adducit hæc verba: Virgo Dei Genitrix MARIA, cuius hodie veram Conceptionem celebremus; quæsumus indigni, & peccatores, &c. Principium hujus Missalis dicit esse: Conceptionis gloriose Virginis MARIE, sic nos juva subficio, ne nostro exigente merito tradamur inferno, &c. Et in Oratione: Tribue per intercessionem Conceptionis gloriose Virginis MARIE, persecutionum tempestates in tui nominis confessione devincere.

Granatenæ, fol. 306. habet pro titulo: *Incipit officium Immaculatae Conceptionis Virginis MARIE*. Impress. ann. 1544. in 4. Est etiam aliud impress. 1506. cum officio *Immaculatae Conceptionis*, per totam octavam, de quo in nostro Armament.

Græca Ecclesie officium de *Conceptione S. Anna*, ut adducitur à R. P. Franc. Combechis, Dominico Gravina, & Simone Wagnerbeckio, de quo vide latè in Sole Veritatis. Et in Menologio extant hæc verba: Salutatio: Venite, & harmonice inter nos ac fine intermissione collaudemus in Hymnis illam, quam prædixerunt olim Prophetarum chori, quam Apostoli semper Virginem docuerunt, quam Martyres confessi sunt veram & propriam Dei Genitricem. Venite, Dei Matrem magnificemus, & voce Gabrielis dicamus Virgini: Salve Procuratrix gaudij. Salve Solutio maledicti. Salve Revocatio exulsi Adami. Salve Eva Redemptio. Salve omnimodè & mundissime ornata lætitia. Salve Angelorum gloria. Salve Abyssus humanis oculis difficilè visibilis. Salve universorum admirabile Tabernaculum, & Reclinatorium, & Palatum, & Velillus roriferum. Salve divinum imbre vehens lucida Nubes, & te beatificantum animas illuminans. Salve virga Aaron, & Rubus ardens. Salve Urna aurea, Mannæ reconditorum. Salve conscripta Tabula Deo dilecta, & Porta conclusa. Salve nova mundi salvifica Arca, & Scala cœlestis, per quam descendit Deus, & ascendunt mortales. Salve Natura supra naturam. Salve undequaq; laudissima Virgo. Interminabilis Dei-Hominis Sponsa MARIA Deipara, expers labi, omnimodo *Immaculata*, inviolata, omnimodè Sancta. Salve sacratissima Mensa propria diuinum Panem, & te piè confitentes, te tamquam Dei Matrem dignè adorantes, enutriens. Salve Regina hominum. Domina Angelorum. Harmonicum Monochordium. Plenitudo gratiarum. Spes desperantium. Sanitas infirmorum. Salve cadentium Erelio. Securitas mortalium. Concordia Ecclesiarum. Principium Gloria. Nobilitas Regum. Fortitudo exercituum. Corona Sacerdotum. Gloria Monachorum. Salve Lampas lucida inconsuetibilis luminis. Duætrix errantibus, Cæcorum baculus. Gaudium afflictorum. Injustorum Libatrix. Salve Abyssus absconditorum, mysteriorum Dei. Salve puella. Salve Nympha. Salve Porta conclusa,

clusa, & Fons semper scaturiens. Salve sponsa. Salve omnium letitia & opitulatio. Salve Angelorum exaltatio, & dejectio Dæmonum. Salve incarnati Dei omnium Creatoris Puerpera. Thymiamatorium aureum. Pons deducens ex terra in celum peregrinantes. Salve Fortitudo. Salve Nutrimentum. Scola. Merces. Gloria. Praes. Purpura Deo tincta. Urna. Sceptrum. Vellus. Divisio & nebula lucis. Salve Dei Mater, perfectio irreprehensibilis & incontaminata. Salve purior Cherubim, & sanctior Seraphim. Salve o tota pulchra Virgo ora nini nitor & species lucis, diem ac Deum adferens. Vulnerati sumus a singulari amore te gloriificandi. Salve, in qua sola Deus reperit cauam, ut similem nobis induceret naturam. Salve super omnes fulgens puritas, ab æterno munda & possidens Justitiae Solem. Salve splendor integritatis, & virginalis pulchritudo. Salve dives gratiarum, quæ te ab omni ævo fecerunt labis immunem, ut sola digna essem sancti partus honore. Salve apparet Adami filia, sed re ipsa Genitrix Dei & Adami in integrum restitutrix. Salve Nubes luctida, & luminis Porta. Te Paradisum agnoscimus o purissima Virgo Mater, ex qua nobis flos mysticus Creator Christus germinavit. Salve Primogenititia immortalitatis. Rationalis Paradisus. Grandis orbis terrarum Thesaurus: quia mors torrentis instar ruens, apud te Virgo, viribus suis omnibus fuit spoliata. Salve, quam Architectus & Dominator omnium Deus humani generis Primatem creavit. Salve Domina nulli unquam reprehensioni obnoxia. Salve Mundi Primas & Dominatrix, & cum Filio gaudens privilegiis Primogenitorum. Salve Throne ignibus coruscans, in quo residet Jesus Dominus universorum. Christum Sanctum Sanctorum peperisti, o Sanctum Sanctitatis Tabernaculum. Salve Solis inaccessi vehiculum. Salve mens divinorum ignium excubij fulgens. Salve splendor scintillans, ut fulgur. Salve Cœlum novum, ex quo se diffudit radius Divinitatis. Salve cadentis Mundi Recreatrix, nulli unquam culpe subiecta. Salve macularum omnium expers. Salve Lignum vitae, solius Christi auctoris vitae Germinatrix. Te gloria Anna supernaturaliter fecundata suscepit per Verbum, quæ Verbo eras gravidanda. Te genuit Cœlum in terra, quæ artificem Cœli eras paritura. Te beatificamus. Te glorificamus. Te canimus honoratiorem Cherubim. Te veram & incorruptam Dei Genitricem dicimus gloriosem Seraphim. Te veram Dei Matrem magnificamus. Wratislavie 1662. in 8. In Anthologio, sive florilegio Graeco totius anni, fol. 89. adducitur officium de Conceptione Virginis, ubi fere extant omnia, quæ in Menologio, de quo dicemus in Sole Veritatis, verbo Officia Ecclesiastica. Lib. impress. Venetiis an. 1639. in folio.

Græcolatinum distinctum à præcedenti, nam sunt Horæ B. MARIE Virginis, &c. per Fredericum Morellum Parisijs Professorem Regium, die 8. Decembris: Conceptio B. MARIE duplex: & fol. 279. In festo Conceptionis B. MARIE habet Antiphonam, & Orationem. Impress. Parisijs 1609. in 16.

S. Gudulæ Breviarium, habet officium de Conceptione B. MARIE. Extat impress. Parisijs anno 1516. in 4.

Guilielmitarum, de quo Pater Augustinus Carcat, Ordinis Eremitarum S. Augustini Gallus, in libro Ordinarium, sive Ceremoniale Eremita-

rum S. Augustini Provinciæ Communis Biscayensis, alias S. Guilielmi, fol. 38. cap. 16. diebus præparandis ante Missas solemnes, & primas, inquit: Item, in festis primæ, & secunda classis, & quoties habentur plenariae indulgentiae atque in festo Conceptionis B. MARIE, velum Subdiconus deferet ad Credentiam, &c. Parisijs anno 1631. in 8.

Hangiense, de quo in quodam libro sic dicitur: Supplementum secundum usum Ecclesie Sandrum Ioannis Baptiste, & Evangeliste Patronorum in Hang. In festo Conceptionis B. MARIE. Vesperas super omnia: Laudate. Antiphona: Beatus Virps Davidica, &c. Nonne tu qui solus es, quis vis potes actum facere a sorribus mundum, & intactum, &c. Sunt particulares. Hymnus: Festum originis canat Ecclesia Beatae Virginis, &c. Oratione: Deus qui gloriosem Virginem MARIAM mirabiliter concipi voluisti, & ut esset Mater unigeniti, dilecti tui, ante sæcula prævidisti præsta nobis, &c. per Nunc dimittis. Antiph. Fideles pie credite, hoc præsens festum colite, &c. Omnia Responsaria, Antiphona, & alia sunt notabilissima. Impres. Coloniae 1575. in 8.

Helnense, cum Bichensi & Tarragonensi, dicit D. Antonius de Lupian in sua Hispania præmogenita, cap. 13. & 15. recitat de Conceptione, imo, & in Martyrologio Helnense dicitur sic: Martyrologium Helnense suffraganeum Tarraconensis Episcopatus: Conceptio Immaculata per MARIE Virginis, Genitricis Domini nostri Iesu Christi, quæ Angelis purior sublimata est, & fuit scriptum ad annum 903. Lupian, cap. 13. cap. 6. fol. 20.

Heripolense, in festo Conceptionis gloriose Virginis MARIE, ad Vesperas Antiphona: Hortus confusus. Est officium speciale. Impres. 1518. in 4. Biblioth. D.D. Cardinalis Barberini. Et in aliis libris, sic dicitur: Speciale Missarum secundum Chorum Heripolensem, fol. 66. in Conceptione Beatae MARIE Virginis. Introitus: Gladeamus, &c. Collecta: Deus ineffabilis. Et in mente, rubis litteris: Conceptio Beatae MARIE Virginis, &c. Est in tiquissimis characteribus absque loco, & anno impressionis in Collegio Claramontano, litteral. V. 13. in fol. Item, Breviarium ejusdem Ecclesie. Sexto Idus Decembris: Conceptio MARIE novem. Lectiones, rubis litteris. In festo Conceptionis gloriose Virginis MARIE, Ad Vesperas, & ad omnes Horas servetur per rota, cum legenda de Conceptione, sicut servatur die Nativitatis eius, nomen Nativitatis mutatur in nomen Conceptionis. Collecta: Deus ineffabilis, &c. Nota, dicitur festum in Dominica veneris, in feriam secundam postponatur in choro, sed non in foro. In Collegio Claramontano littera M. absque loco, & anno impressionis in 8.

Hieronymianum, id est, sacræ Religionis S. Hieronymi, fol. 6. habet officium Conceptionis Virginis MARIE. Impres. anno 1502 in 4.

Hierosolymitanum, habet officium sub titulo Conceptionis. Impres. ann. 1501. in 4. Item, in alio Breviario est idem officium ejusdem Ecclesie, sub titulo Immaculatae Conceptionis.

Hildeseniense, de Conceptione B. Virginis MARIE cum octava, & extat impressum ann. 1516. à Michaelio Lotheo.

Hispalense, in solemnitate Conceptionis, rubis

ca: Festum Immaculatae Conceptionis Virginis MARIE est festum primae dignitatis, habet octavas solemnies, & in eis non dicitur de aliquo feste, præter de S. Lucia. Impressi 1510. & 1531. & 1555. 1593. in 4. Omnia vidimus, sed brevitatis causa, non transcriptimus verba.

Hora varia nobis visæ, quæ habent officia Conceptionis Beate Virginis MARIE diversa, sunt plus quam viginti; de quibus, vide verb. Horæ. Jacente, simul cum Oficenfi, habet officium Conceptionis. Impressi. ann. 1505.

S. Jacobi, id est, Militiae Breuiarium ex Sacra Scriptura, & probatis Sacrorum Doctorum expositoribus, f. 403. *Concepcionis B. Virginis MARIE*, quatuor capparum. Est officium speciale. Impressi. Conchæ, anno 1563. in 8. magno. Oratio: Deus, qui per Immaculatam Virginis Conceptionem. De hoc Yipes, Centuriâ 7. cap. 5. & etiam D. Ant. Lupian. Illerdense in Hispania, habet officium Immaculatae Conceptionis V. MARIE, sicut Nogarolis, quod vidi- mus absq; principio, & fine, & incipit: Sicut lilium.

Insulense in Belgio, impressum ann. 1533. officium Conceptionis B. MARIE.

Joannis Hierosolymitani, habet officium sub hoc tit. Conceptionis, ut diximus in nostro Sole Veritatis. Breviarium, secundum usum Ordinis S. Joannis Hierosolymitani: *Concepcionis Beate MARIE* ruboris litteris. In primis Vesperis, Antiph. Gaudie Mater Ecclesia, &c. Capitulum: Ego quasi vi- tis. Ad Magnificat: Quam pulchri sunt, &c. Oratio: Deus ineffabilis, &c. Invitatorium: Immacu- latam Conceptionem Virginis MARIE celebre- mus, &c. Lectiones: Anselmus Cantuariensis Archiepiscopus, &c. Per octavam Conceptionis Invitatorium, & Hymnus, ut in die, &c. Lugduni 1551. in 8. Est officium singulare.

Irene, & est officium MS. repertum in Mo- nastry S. Joannis ejusdem civitatis, ubi sic dicitur: *Concepcionis B. Virginis* duplex 2. classis, in 4.

Kalendaria impresa, ac MS. antiqua, diversa inter se in substantia, Sanctorum, ac in modo disposi- tionis, vidimus in Bibliothecis triginta sex, & omnia adducebant festum Conceptionis V. MARIE die 8. Decembris, ex impressis excepto uno, & ex manuscriptis, tribus. De aliquibus specialiter mentionem facimus infra, verb. Kalendaria.

Laudunense editum à Valentino de Glas, extat Manuale, ubi dicitur: *De Conceptione V. MARIE* sicut in Nativitate. Rhemis 1584.

Légionense, officium sub hoc titulo Immaculatae Conceptionis, & est singulare. Impressum ann. 1532. fol. 321. Vide verb. Millale Legionense; & in alio extat rubrica singularis.

Lemovicense, in Manuali continente modum administrandi Sacraamenta Ecclesie, &c. 6. Idus Decembris, *Concepcionis B. MARIE Virginis*, &c. ruboris litteris. Impressum Lemovicis 1518 in 8.

Leodiense: de hac Sancta Ecclesia vidimus multa Breviaria, scilicet impress. Antuerpiæ 1550. apud Michaëlem Gilenium: *De Conceptione*, sicut in Nati- vitate. Et impress. 1540. Parochiale Leodij 1592. Leodiense, cuius rubrica est: *In feijo Conceptionis B. Virginis MARIE* duplex; si hoc festum venerit, in Dominica, sit officium de ipso feste: incipit vero: Hortus conclusus. Impressum Leodij 1622. fol. 659. Lervardense; recitat de *Conceptione Virginis MARIE*; & extat impressum cum officio Ecclesie. Ultrajectensis; Coloniæ 1641.

Lexovensem, in rubrica: de *Conceptione Virginis MARIE* duplex solemne. Impressum Parisijs 1624.

Livellense, vidimus manuscriptum antiquum in Collegio Insulensis *De Conceptione Virginis MARIE*: Gaudie Mater Ecclesia, &c.

Lingoniense, in Missali sic dicitur: *Concepcionis Beate MARIE Virginis* cum octavis. Lectiones: Ansel- mus, &c. Impressum. Parisijs 1516. Vide infra Missa- le, istius Ecclesie.

Lubicense, de *Conceptione B. MARIE*. Impressum. Nu- rimbergæ in 4. Vide verb. Missalia.

Lugdunense antiquum in charta pecorea manu- scrip. ad diem 8. Decembris, nigris characteribus: *Concepcionis B. MARIE*. Ad Vesperas, &c. Egrediatur virga. Extat etiam impressum. Lugduni 1584. & 1619. in 8. Et in alio sic dicitur: Breviarium Cameræ, ad usum Ecclesie Lugdunensis, 6. Idus Decembris: *Concepcionis Beate MARIE Virginis*. D. Eger, ru- beis litteris, quam notam ponit pro die Nativi- tatis Domini. Absque anno impressum, antiquum in Biblioth. D. D. Cardinalis Mazarini, in fol. Item, Psalterium ad honorabilem ritum Lugdunensis Ecclesie Galliarum primatis, &c. VI. Idus De- cembris: *Concepcionis Beate MARIE*, novem Lectiones. Impressum. Lugduni apud Jacob. Modernum, in 4.

Manuscriptum existens apud Tertiarios de Na- zareth, Parisijs, habet hanc Prosa pro die purissimæ Concep- tionis: *Hanc diem sacram celebremus*, &c. Est spe- cialis, & indicativa eius puritatis & præservationis.

Item, aliud Breviarium MS. existens apud Au- gustinianos, Ipris: *Concepcionis B. MARIE* solemne, sicut in Nativitate. Item, aliud Insulæ in Collegio apud Patres Societatis Jesu MS. *Concepcionis B. Virginis*, ru- beis litteris. Item, alia duo MS. Ipris apud Au- gustinianos, adducunt officium singulare de Con- ceptione. Item, aliud vetustissimum MS. apud PP. Societatis Jesu Bruxellis, adducit *Conceptionem V. MARIE* cum octava. Et ibidem sunt duo alia antiqissima cum festo Conceptionis, taliter quod in ipsis non apponatur festum S. Thomæ, nec alio- rum ejusdem temporis, quod est signum magnæ antiquitatis. Breviarium per vetustum MS. cha- racteribus antiquis existens in Biblioteca Fra- trum Minorum magni Conventus Parisijs, 6. Idus Decembris: *Concepcionis B. MARIE* duplex festum. Non haber principium, neque finem. Vidimus etiam plura alia in diversis locis.

Manuscriptum officium Conceptionis, in 8. quod in- cipit: Gratulare, & letare, &c. latis pulchrum, extat in Biblioth. Regia Scorialis, pluteo 4. litt. H. 20. Item, aliud ibidem pulcherrimis characteribus scriptum, cum imagine Joachim & Annae, & officio Conceptionis, pluteo 3. A. 8. Item, alterum manu- scriptum, habet officium pulcherrimum sub titulo *Immaculatae Conceptionis*, cuius prima Antiphona incipit: Dixit Dominus Deus ad serpentem; ini- micitias ponam, &c. quod antiquis characteribus habemus apud nos. Item, manuscriptum aliud Bre- viarium in charta pellicea apud D. Vincentium de Lastanosa, habet officium sub titulo *Conceptionis B. MARIE Virginis*. Manuscriptum aliud, quod ex- stat apud D. Rui Gomez Ducem de Hijar, & abs- que dubio fuit exaratum in charta pellicea ante typographiam, habet officium Sanctorum Ioa- chim, & Annae, & de Conceptione sic in Kalenda- rio: *Concepcionis S. MARIE Virginis*, festum duplex; & signatur tanquam festivitas observanda.

Marichanense Monasterium in Belgio; ab antiquo recitabat de Conceptione, ut appareat ex Breviariorum antiquissimo manusc. existente in Biblioth. ejusdem Monasterij. Est officium sicut in Nativitate duplex, & idem alibi triplex. Hoc etiam satis clare videtur in septem Missalibus manusc. existentibus ibidem, ubi talis est rubrica: *Conceptio B. Virginis MARIE principale, & in aliquibus sumnum luntq; antiquissimis characteribus scripta.*

S. Martini Lovaniensis Monasterium Canonorum Regular. habet officium speciale manusc. in Bibliothecat *In Conceptione Virginis MARIE dupl. rubeis litteris. Vide Missale.*

S. Mauri Congregatio, recitabat de Conceptione, ut appareat ex Ceremoniali sub tali titulo: Ceremoniale Monasticum, sive secunda pars Constitutionum Congregationis S. Benedicti, alias Cluniacensis, & S. Mauri Ordinis S. Benedicti, fol. 510. de divisione festorum: Festa secundi Ordinis, *Conceptio B. Virginis*, & fol. 507. num. 15. *In festo Conceptionis B. MARIE ad Antiphonam: Regalibus, non mutandum, sed dicendum, exorta; non autem, concepta resulget.* Parisijs 1639. in 8.

Mechlinense, habebat officium de Conceptione, ut colligitur ex Pastoralis. Impress. Antuerpiæ 1589.

Mediolanense, dictum communiter Ambrosianum, habet officium solemne in festo Conceptionis B. Virginis MARIE. Impress. Mediolani ann. 1582. & 1588. fol. 725.

Melbierense, sub hac inscriptione: Breviarium Benedictinorum Ecclesiarum Melbien. & Sublacensis facit Specus, die 8. Decembris: *Conceptio B. Virginis sumnum mihius, rubeis litteris.* Et fol. 3. *In Conceptione B. Virginis*, ad primas Vesperas super Psalmos Antiphona: Adest namque Conceptio, &c. Capitulum: Dominus possedit me. Oratio: Famulis tuis. Est officium singulare. Impress. Nurembergæ an. 1493. in 8.

Meldenense, auctoritate Illustris. & Reu. in Christo Patris D.D. Dominici Seguier, Meldenensis Episcopi, & ejusdem Ecclesiarum Capituli consensu editum, die 8. Decembris: *Conceptio B. MARIE Virginis* solemne, rubeis litteris, & officium ut Ecclesiarum commune. Parisijs 1640. in 4.

Item in Manuali impress. Parisijs 1546. in 4. apponitur festum Conceptionis, & in alio Breviariorum dicitur: Breviarium secundum usum insignis Ecclesiarum Meldenensis novissime correctum, & emendatum, omnibusq; viris Ecclesiasticis ejusdem Diœcesis observari invenientum: *Conceptio B. Virginis MARIE annuale, rubeis litteris.* Parisijs 1546. in 8.

Mercenarium, id est, B. MARIE de Mercede Redemptionis Captiuorum, fol. 216. habet officium *Immaculatae Conceptionis*, desumptum à Leonardo de Nogarolis, sive proprium Ordinis Minorum. Impress. 1556.

Mindense, ut colligitur ex Missali, fol. 245. *Conceptio B. Virginis.* Impress. Nurembergæ 1513. in fol. habebat officium singulare. Vide Missale.

Minorum, antiquum, & modernum semper sub titulo *Immaculatae Conceptionis*, de quibus latè egimus in Regest. nostri Armamentarij Seraphici à colum. 165. & in Sole Veritatis verbo Officia num. 231. In Nomine Domini, incipit Ordo recitandi officium FF. Minorum secundum consuetudinem Romanæ Ecclesiarum. 8. Decembris: *Conceptio B. Virginis MARIE duplex, rubeis litteris.* Et in mense: Invigilia Conceptionis Virginis MARIE, in primis Ves-

peris Antiphona: Gaude Mater Ecclesia. Capitulum: Dominus possedit me. Hymnus: Vergente mundi Vespere. Versus: Conceptio est hodie. Antiphona ad Mag. Ave decus Virgineum. Oratio: Omnipotens sempiterne Deus, qui Conceptio diem, &c. Lectio: Anselmus Cantuariensis; Helfinus Ramesensis Cœnobij Abbas. Officium singulare MS. in Bibliot. D. D. Cardinalis Mazarini pulcherrimis, & antiquis characteribus, in charta pellicea.

Moguntinum, Danielis Esse Archiepiscopi auctoritate, &c. *Conceptio B. Virginis.* Coloniae 1570 & Moguntia 1602. & 1611.

Item, Breviarium secundum morem Ecclesie Moguntin. 6. Idus Decembris: *Conceptio B. MARIE* novem Lectio: rubeis litteris. Est pars officia impressa Venetijs 1495. in 8.

Monasteriense, ut colligitur ex Missali, & ex Dignali, sub tali rubrica: Diurnale Ecclesiarum Monasteriensis, 6. Idus Decembris: *Conceptio B. MARIE Virginis duplex.* Parisijs 1511. in 16. & Breviarium Coloniae 1520.

Monasticum, 6. Idus Decembris: *In festo Conceptio B. Virginis, festum annuale, rubeis litteris.* Reipublica, & Antiphona: sicut in festo Nativitatis concepto, quod nomen Nativitatis, mutatur in nomen Conceptionis. Lectio: Anselmus Cantuariensis Archiepiscopus, &c. Est manusc. in Biblioteca Regia Parisijs num. 1305. in 8. & aliud manusc. Gandavi apud S. Petrum, & aliud impress. 1519. totum duplex. Item, Horarium ejusdem Ordinis Monasticum Ceremoniale Romano accommodatum denuò recognitum, & diligenter emendatum, impress. Parisijs 1634. in 8. parte 4. fol. 17. cap. 3. de festis tempore Adventus occurrentibus, de festo Conceptionis Virginis MARIE, num. 6. ha-  
bent: Festum Immaculatae Conceptionis Dépare Virginis, celebratur ritu festorum secundi Ordinis, &c. In primis Vesperis Conceptionis, fit Commemoratio S. Ambroxi, præterquam in Ecclesiarum sub nomine Conceptionis B. Virginis dedicatis.

Monialium Deo dicatarum Virginum, Ordinis Fonte-Braiden, &c. ad diem 8. Decembris, rubeis characteribus: *Conceptio B. MARIE Virginis* max duplex, & est cum Cruce in signum dei fætus. Impress. Parisijs absque anno, in 8.

Montis Aragonum Ecclesiarum, fol. 507. in prælia festivitate *Immaculatae Conceptionis*, absque anno impressionis.

Montis Martyrum, sub hoc titulo: Proprium Sanctorum Regalis Abbatæ, & incliti Monasterij Montis Martyrum, Ordinis S. Benedicti, fol. 13. die 8. Decembris: *Festum Conceptionis Domini nři duplex solemne secunde classis.* Ad vesperas, Antiphona: Sicut lumen inter spinas, &c. ut in nostro Breviariorum omnia. VII. *Immaculata Conceptio* est hodie Sanctæ MARIE Virginis. R. Cuius innocencia inclita cunctas laetificat devotas animas. Oratio: Deus qui per Immaculatam. Ad Matutinum, omnia ut in nostro Breviariorum, cum duodecim Lectio: & Evangelij: Liber generationis, & Loquente JESU, &c. Impress. Parisijs 1635. in 8. & 1638.

Monialium Montis Virginis Breviarium, habet officium sub titulo *Immaculatae Conceptionis.*

Morinense: *Conceptio Virginis MARIE duplex.* Antuerpiæ 1585. & Parisijs 1514.

Mormatia, sub hac rubrica: *Incipit Breviarium extitile.*

æstivale secundum ordinem, & rubricam Mordinem. die 8. Decembris: *Concepsio B. Virginis*, novem Lectiones. Caret principio, & est in Biblioth. D.D. Card. Mazarini in 4. characteribus antiquis:

Muzarabe, seu S. Isidori, cuius rubrica est: *In festo Conceptionis Virginis MARIE*, omnia dicuntur, ut in Assumptione Virginis MARIE, & ubi dicitur Assumptionis, dicitur *Concepsio*. Extrat fol. 354. & incipit Virgo Israel. Impress. anno 1502.

Nanterense: *Concepsio B. MARIE* duplex, sicut in Nativitate. Impress. Rhemis per Carolum de Bogni, & Joannem Massé in fol.

Narbonense: *Concepsio B. Virginis* duplex. Lectiones: Anselmus Cantuariensis. Est officium particolare. Lugduni 1602.

Neapolitanum, cum diversis alijs officijs, sub tit. *Immaculata Conceptionis*.

S. Nicolai in Nusia; die 8. Decemb. *Concepsio B. MARIE*. Vide Missale hujus Ecclesie.

Nivellense in Belgio: *Concepsio B. MARIE*. MS. in Collegio Societatis Jesu, Insulis.

Nivernebi Jacobi Episcopi auctoritate recognitum: *Concepsio B. Virginis* soleme, sine octava. Impress. Parisijs 1524.

Nivernebi etiam modernum, habet Hymnum proprium pro Vesperis: *Ecce nova solemnitas*; quem P. Carolus Guyetus Societatis Jesu commentatum edidit: *Lux ecce consurgit nova*, &c.

Nogarolensis, sub titulo *Immaculata Conceptionis*. Impress. Venetijs 1495. & 1575. & 1543. & alibi sepiissime.

Norbertini, sive Præmonstratenses, in quadam Constitutione antiqua anno 1322. de qua Servatius Lartelz Abbas Lotharingius, cap. 2. dicunt: Eò quòd de *Conceptione ejusdem Virginis*, per omnes Ordinis nostri Ecclesiæ fiat duplex festum; de ea in officio tam diurno, quam nocturno, fiat per omnia sicut de ejus Nativitate mutatis nominibus, prout in Antiphonariis & in Missalibus reperitur, folio 97. Item, Breviarium Præmonstratense: *Concepsio Beatae MARIE Virginis*, triplex. In *Conceptione Beatae Virginis*, ad Vespertas: *Hortus conclusus es Dei Genitrix*, &c. Oratio: Omnipotens semperne Deus, qui *Conceptionis* dilectus Genitrix filii tui, semperque *Virginis MARIE*, voluntate solemnitate annua venerari, &c. Antiphona singulares. Lectiones: Anselmus Cantuariensis. Ad Laudes *Concepsio glorioſa*. Capitulum: Adhuc terram non fecerat. Oratio: Deus ineffabilis, &c. Parisijs 1547. Item, aliud ejusdem Ordinis: *Gaude Mater Ecclesia*. Oratio: Deus ineffabilis, &c. Lectiones: Anselmus. Parisijs 1598. in 8. Est officium diversum à superiori.

Noviomense, fol. 597. adducit singulare officium, pro *Immaculata Virginis Conceptione*. Impress. Noviom 1630. in 8. Et in Manuali ponitur *Concepsio duplex* 2. classis, seu annuale. Impress. ibidem 1631. & recognitū à D. Henrico de Urradado Episcopo. Et in alio Manuali impress. Parisijs 1549. *Concepsio B. MARIE Virginis* annuale, non oratur. Et aliud cum eadem nota. Parisijs 1564. in 4. Et in Sacerdotali, impress. Noviom 1631. *Concepsio B. MARIE* duplex.

Numantinum, ut colligitur ex Diurnali à Jacobo Nella Numantino correcto, &c. *Concepsio Virginis* duplex, maius. Officium: *Sicut lumen, ut in Breviaris nostri Ordinis*. Impress. Compluti anno 1593. in 16.

Officia particularia *Immaculatae Conceptionis* invenimus plurima, & rara, damus tamen hæc pauca brevitas causâ.

Officium *Conceptionis Beatae MARIE Virginis speciale*, cuius 1. Antiph. est: *Dens ante luciferum in simu fuit Patrus prævidit salutiferum Concepsum sue Matris*, &c. apud Patres Societ. Jesu, Bruxellis. Et in Biblioth. D. D. Cardinalis Mazarini, extat liber impress. in 4. abſq; principio, in quo sunt septem officia de *Conceptione Virginis MARIE* pro tota Hebdomada, & incipit die Dominica ad Matutinas: *Sub tuum presidium*, &c. Et in Oratione dicitur: *Ut qui nunc tuam Sanctam Conceptionem devoto affectu recolo*. Et ad Completorium Antiph. est: *Hæc est Virga, in qua nec nodus originalis, nec cortex actualis culpe fuit*. Versicul. *In Conceptione tua Virgo Immaculata permanefit*, ora pro nobis Patrem, cuius Filium peristi. Oratio: *Deus qui per Immaculatam Virginis Conceptionem*, &c. & sic extant etiam fol. 30. pro feria 2. & fol. 77. pro feria 3. & fol. 113. pro feria 4. Breviaria officij divini, maius duplex, manuscrip. in S. Augustino, Ipris.

Olcense Breviarium, fol. 479. habet Officium *Immaculatae Conceptionis*, secundum Nogarolum, & carent impressione. Item, apud D. Vincentium Ioannem de Lastanova, extant alia duo Breviaria hujus Ecclesie, quorum vnum, folio 489. impress. anno 1547. cùm esset Episcopus D. Petrus Augustinus, & aliud impress. 1505. habent officium sub titulo *Immaculatae Conceptionis*. Item, aliud impress. 1505. de festivitate *Conceptionis B. MARIE* V. fol. 283.

Oxonensis Ecclesie antiquum existens in Conventu Fiterensi. In die *Conceptionis*: *Gaude Mater Ecclesia*, &c. Impress. Veneris 1487. in 8.

Oxonensis Ecclesie in Anglia, recitatbat ab antiquo de *Conceptione*, ut apparet ex Concilio celebrato ibidem, Centuria XIII. cap. 9. de Concilio celebrato Oxoniæ, anno 1222. ubi de festis dictis colum. 842. sic inquit: *Hæc sunt festa, in quibus prohibitis alijs operibus, conceduntur opera agriculturæ & Carrucarum*. Statuum, quod festa inscripta sub omni veneratiō serventur, videlicet omnes dies Dominicæ, quinque dies Natalitij, Circumcisio, Epiphania Domini, omnia festa B. MARIE, præter festum *Conceptionis*, cuius celebrationi non imponitur necessitas, *Conversio S. Pauli*, &c. Basilea 1575. in fol.

Pacense, habet, officium *Conceptionis B. Virginis MARIE* in Breviario vetustissimo Ecclesie Pacensis; cuius folia ad initium, & finem ipsa vetustate perierunt, unde certa annorum series sciri non potest. Arguitur tamen ejus antiquitas ex ipso compagationis modo, pergamenij cuiusvis folij parte octava, altitudine usque ad palmum excrecente, & tandem, quod manuscriptum, & varie dilaceratum cum veneratione asservatur. Incipit à Dominica 24. post Pentecosten, quæ est ante Adventum, &c. definit in communii Virginum. Inde extracta sunt, quæ ad nostrum institutum spectare videbantur. In festo *Conceptionis Beatae MARIE Virginis*, ad Vespertas Antiph. *Gaude Mater Ecclesia*, nova frequentans gaudia, lux mitat de caligine, rosa de spinæ germine. Psal. Dixit Dominus. Antiph. *Hæc est stella maris, per quam fulsit lux solaris, cuius festum celebramus, & iuvamenti imploramus*. Psal. Confitebor, &c. Antiph. *O MARIA clausus hortus, naufragantis mundi portus, placat nobis qui te fecit, matrem sibi quam elegit*. Psalm,

Psal. Beatus vir. Antiph. Adesto jam supplicibus, nostris favendo precibus, manum benignam porrigere, vitamque nostram dirige. Psal. De profundis, &c. Antiph. Audi Virgo glorifica; post Filium ipsius unica, clemens, & imperiosa, nostras delice maculas; acceptans nostra cantica, impetrat regna celica. Psal. Memento Domine David, &c. Capitulum: Dominus possedit me in initio viarum suarum, &c. Nota recitandi antiquitatem. Post Capitulum, Responsorium: Cordis, ac vocis jubilo, pergamus laudes Domino, Cujus Matris Conceptio mundum perfudit gaudio. V. Suscipe deyotae confraternitatem Christi, catervae. Cujus Matris, &c. Gloria Patri. Cujus Matris, &c. Hymnus: Ave Maris. V. Sancta Dei Genitrix, &c. Ad Magnificat, Antiph. Ave decus Virginum, ave jubar aethereum; nobis praesens solemnitas, da sit perpes iucunditas; tua namque Conceptio, summa est gratiarum. Oratio: Deus ineffabilis misericordia, qui, primae piacula mulieris per Virginem expiandam sanxit; da nobis Conceptio eius dignè solemnia venerari, quæ unigenitum tuum Dominum nostrum Jesum Christum Virgo concepit, & peperit, Qui tecum, &c. Ad Matutinum, Invitator. Eia pervigiles Domino jubilate fideles, Conceptumque patre solemnizate MARIE. Venite exultemus, &c. Hymnus: Quem terra, pontus, &c. In primo Nocturno, Antiph. Gaudie fidelis Concio: adeo ejus Conceptio, quæ delet Eva maculam, vitæ redonat fulgam. Psalm. Domine Dominus noster, &c. Ant. Cui Eva obediuit, hæc serpantis caput trivit; jugum sperrens mupitiam, Dei novit celibatum. Psalm. Cœli enarrant, &c. Antiph. Prophetis præcinitur, & figuris ostenditur, quod mulier præcederet, quæ Deum Virgo pareret. Psalm. Domini est terra, &c. V. Adiuvabie cant, &c. Lectio prima, secunda, & tertia continent partem historiæ Abbatis Elfini, scriptæ ab Anselmo Archiep. Cantuar. R. 1. Fulget dies hodierna, digna laude sempiterna. Qua Concepta est MARIA, per quam patet vita via. V. Germine Regali, née non & Pontificali. Qua Concepta est, &c. R. 2. Abrahæ stirps generosa, Virgo procedit gloria. P. Quæ nullius per exemplum se sacravit Deo templum. V. Hæc admiranda cunctis: hæc est ... Quæ nullius, &c. R. 3. Sicut rosa inter spinas, illis addit speciem; sic venustat suam Virgo progeniem. Germinavit enim florem, quæ vitali datur odorem. V. Cujus cunctorum laus promittit ore piorum. Gloria Patri, &c. In secundo Nocturno, Antiph. Ille rubus incombustus Moysèm qui terruit, hæc est Virgo, quæ pudore salvo Deum genuit. Psalm. Eructavit cor, &c. Antiph. Verga Aaron fructifera, MARIA pium gesferat, quæ nobis fructum attulit, nostramque famam repuit. Psalm. Deus noster refugium, &c. Antiph. Iaías ille dignus secretorum Dei rivus, virgæ movens tensionem, pandit hanc Conceptionem. Psalm. Fundamenta. V. Post partum Virgo, &c. Lectio quarta, quinta, & sexta prosequuntur historiam Elfini. R. 4. Prophetalis nubem levem vox dixit ascendere salvatorem, Ægyptique tenebras invisere. P. Ut in mortis caligine sedentes lustret lumine. V. Diffugunt tenebrae, panduntur secreta latebrae. Ut in mortis caligine. R. 5. Verbum Patris mundo fulsit Virginis per uterum, cuius mentem non gravavit onus premens scelerum. P. Ut super vellus pluvia, sic descendit in MARIA.

V. Solem justitiae, &c. R. 6. Celebris dies colitur, quæ Virgo concipitur, quæ per obedientiam mundum refudit gratiam. P. Ut quod ruit per Eam, redetur per fratrem. V. Ita fuit digna transgressione tergere signa. Ut quod, &c. Gloria Patri. In tempore Noct. Antiph. Abrahæ fit promissio, quod illum successio velut arena cresceret, stellisque æqualis eret. Psalm. Cantate Domino. 1. Antiph. Hoc promissum est impletum casta per MARIA festum, quæ gignendo granum sevit, de quo seges tanta crevit. Psalm. Dominus regnavit, &c. Antiph. Gratulare, & lætare, urbs optima Nazareth, hodiene fecundaris ubertate gratia. Catus mortis, salvi orbis, spes datur, & venie. Psalm. Cantate. Vers. Speciosa facta es, & suavis. Secundum Matthæum. Liber generationis Jesu Christi filii David. Homilia: Lectio septima, octava, & nona prosequuntur historiam Abbatis Elfini. Rely. O beata progenies, honoranda series, unde ingit, ut Aurora, MARIA Virgo decora. P. Quæ produxit mundo solem, veram Dei Patris protom. Vers. Hæc meritò dicta super omnes est beneficia. Quæ produxit, &c. Rely. 8. Patriarcharum nomine, Prophetarum origine, Regum, atque Pontificum genus signat magnificum. P. Unde Virgo concipitur, Christique Mater eligitur. Vers. Nobilis & clara stirps est DOMINO quoque charitate de Virgo, &c. Nota recitandi antiquitatem. Responsorium 9. Gloriosa dicta constat de te mundo Domina. P. Namq; Natum præ loquuntur veridica carmina, tantum te ad risus morem generare genitorem. Vers. Pro meritis claris per secula Virgo bearis. P. Namque natum, &c. Gloria Patri, &c. Vers. Ora pro nobis sancta Dei Genitrix. In Laudibus, Antiph. Conceptus hodiernus MARIA semper Virginis noviter fit, sexum soli vetustæ originis, moestis reddit latitudinem, dat criminosis veniam. Psalm. Dominus regnavit, &c. Antiph. Gloriosa semper Virgo MARIA dulcissima, precibus te venerantur animæ pīssima, in offertas ne labantur, à te semper protegamus. Psalm. Jubilate. Antiph. Maria plena gratia, stirpe Concepta regia, allistentes tuæ laudi, miserando nos exaudi. Psalm. Deus, Deus meus, &c. Antiph. O quam larga te perfudit Virgo, benedictio, quæ deletur, quam induxit Eva, maledictio: intento nostris laudibus, benedicta tu in mulieribus. Psalm. Benedicite, &c. Antiph. Dignare me laudare te, Virgo & puerpera: te laudantes ab ruminis leva super æthera, potes enim polypadere limina. Psalm. Laudate Dominum de celis, &c. Capitulum: Dominus possedit me, &c. Hymnus: O gloriosa Domina, &c. Vers. Elegam Deus, &c. Ad Benedictus, Antiph. Benedictus es MARIA, laus nostra, spes, & Domina. Te colaudat, colit, ornat, trina mundi machina. In tua Conceptione congaudentes confove, per funera largiendo ... nasci remove. Alleluia. Ad Magnificat, Antiphona: Magnifica Christi Mater, Regina clara cœlorum, reparatum se laxatur per te cœterus Beatorum. In die tuæ Conceptionis confer opem intercessionis, ut per tua suffragia collateremur in gloria. Alleluia. Oratio, ut supra. In pædicto Breviariorum ad finem festorum propriorum, & ante communem Sanctorum, hæc verba reperiuntur. A Nativitate Domini M. CCCC. octagesimo quinto anno, tertio Kal. Aug., Joannes Valaalsai Varela, scripsit. Item, in Synodo facta id. Alphonso

Alphonso Manrique, ejusdem Civitatis Episcopo, & postea S. R. E. Cardinali ac Archiepiscopo Hispaniæ, die 1. Maij anno 1591. mense Decembri, inter festa de præcepto observanda in tota Hispania, inter festa de præcepto observanda in tota Hispania, inter festa de præcepto observanda in tota Hispania.

Item, in eadem Ecclesia Pacensi, vulgo Badajoz, fuit fundata Capella, & in ea Confraternitas Immaculatae Conceptionis à D. D. Vincentio Estevanez Episcopo ad annum 1351. ut appareret ex antiquis Constitutionibus existentibus apud D. Joan. Solano de Figueroa, Canonicum ejusdem Ecclesie.

Palentinum, fol. 508. habet officium Immaculatae Conceptionis, secundum Nogarolum. Impress. Medina à Campo 1565. in 4.

Pampilonense, fol. 437. adducit officium Immaculatae Conceptionis: Sicut Lilium. Carebat principio, & fine, in 4. magno. Et aliud fol. 368. adducit idem officium.

Parisiense, hac habet: Breviarium Parisiense manusc. In Conceptione Virginis MARIAE. Nota, quod in festo Conceptionis B. M. Virginis, dicitur totum, sicut fit in Nativitate ejusdem, ita videlicet quod ubicumque fit mentio de Nativitate in Antiphonis, Responsoriis, Oratione, & Horis, fiat mentio de Conceptione, & non de Nativitate. Lectiones dicuntur, prout inferius continentur: Tempore autem illo. Et aliud impress. sine principio & fine.

Breviarium secundum usum Parisiensem, 8. Decembri: Conceptio Beatæ MARIAE Virginis duplex solempne, rubeis litteris. Et in corpore Breviariorum: In festo Conceptionis Beatæ MARIAE Virginis, debet fieri, sicut in Nativitate ejusdem: ita videlicet quod ubicumque fit mentio de Nativitate, in Antiphonis, Responsoriis, Orationibus, & Horis, fiat mentio de Conceptione, non de Nativitate. Ad Vesperas, super Psalmos Antiphona: Hæc est Regina Virginum. Capitulum: Ego quasi vitis. Responsorium: Ad nutum Domini nostrum dantis honorem, sicut spina rosam, genuit Judæa MARIAM, &c. Oratio: Supplicationem fervorum tuorum Deus, &c. Ad Completorium, Antiphona: Sancta Dei Genitrix Virgo. Oratio: Famulis tuis. Ad Matutinum, Invitatorium: Venerantes sacram B. Genitricis Dei MARIAE Conceptionem; eternum adoremus Dominum. Hymnus: O quam gloriofa. Antiphona particulares. Lectiones: Anselmus Cantuariensis Archiepiscopus. Impress. Parisiis, operâ Magistri Georgii Wolff. 1492. in 8. & 1545. in 16. & 1529.

Horæ in laudem Beatissimæ M. Virginis, secundum consuetudinem Ecclesie Parisiensis, &c. 8. Decembri: Conceptio MARIAE. Impress. Parisiis in Vico novo, apud Simonem Hadrot, sub signo Divi Joannis Evangelista, absque anno, antiquissimis charact. Est in Bibliotheca S. Germani de Pratis litt. K. Item, ibidem alia in charta pecorea: Ave cuius Conceptio. Oratio: Deus qui nos Conceptionis, &c.

Item, Institutio Catholica, quam vulgus Manuale vocat, auctoritate R. in Christo D. Eustachij de Bellay, Parisiensis Episcopi, &c. VI. Idus Decembri: Conceptio Beatæ MARIAE, ab omni opere manuali & servili, rubeis litteris, & est eadem notatio ac in Nativitate Domini. Impress. Parisiis per Andream Roffet, in 4.

Item, Manuale ad Sacraenta Ecclesie ministranda, reformatum ex Romano, & iis, quibus

Ecclesiæ Gallicæ passim utuntur, &c. auctum, & recognitum. 8. Decembri: Conceptio Beatæ MARIAE duplex, rubeis litteris. Impress. Burdegalæ ann. 1596. in 8. magno.

Item, Psalterium ad usum Parisiensem. VI. Idus Decembri: Conceptio Beatæ MARIAE Virginis duplex solempne, rubeis litteris. Impress. Parisiis 1494. in 4.

Item, in Necrologio Sanctæ Ecclesiæ Parisiensis. VI. Idus Decembri: Conceptio B. MARIAE duplex Pontificale. Hodie in Matutinis fit distributio Canonis, de tribus solidis Parisiensibus in Missa, de duobus solidis Parisiensibus. Et Clericis Maturinarum pro omnibus horis, de 16. denarijs Parisiensibus, ex fundatione D. Ranulphi Episcopi Parisiensis super Praeposituram de Caprovia, & per manus officiarii Maturinarum.

Martyrologium, hoc est Martyrum recensio, sive Catalogus, &c. de mandato Ludovici Christianissimi, semperque Augusti conscriptus anno à Christo nato 1406. à Joanne Canonicō B. MARIAE de Salis, Parisiensi Theologo, &c. 6. Idus Decembri: Conceptio Virginis glorioſa. Impress. Parisiis ann. 1536. in 4.

Horæ B. MARIAE Gallicæ antiquissimæ, 6. Idus Decembri: Conceptio Domine nostre. Et ad ultimum, Prosam: Ave cuius Conceptio, &c. Orationem: Deus qui nos Conceptionis, &c. MS. in Biblioth. Fullenium Parisiis.

Horæ insignis Ecclesiæ Parisiensis, 6. Idus Decembri: Conceptio B. MARIAE, rubeis litteris. Impress. Parisiis 1498. in charta pellicea in 8. Ejusdem Sanctæ Ecclesiæ Episcopale manusc. affert Præfationem Conceptionis Beatæ MARIAE Virginis solum: Et te in Conceptione, &c. cum punctis musicis. Est in Biblioth. D. D. Cancellarii Francie Parisiis in charta pellicea.

Item, in rubrica de festis observandis in Diœcesi Parisiensi, mense Decembri: Conceptio Virginis MARIAE solempne. Si die Dominica advenerit, ad diem Lunæ transfertur, & solemnizatur. Impress. Parisiis 1652. in 4.

Ordo recitandi Officium secundum Ecclesiam Parisiensem. Exstat in Biblioth. D. D. Cardinalis Mazarini, quedam compilatio ab anno 1582. ubi sunt viginti ordines diversi facti pro distinctis annis, & in omnibus adducitur festum Conceptionis B. Virginis, rubeis characteribus. Omnes impressi Parisiis diversis annis.

S. Petri Arienensis: Conceptio B. MARIAE duplex magnum, omnia sicut in Nativitate. Impress. 1513.

S. Petri de Buzgolio, in libro dicto: Capitula & Orationes Abbatiae Regalis S. Petri de Buzgolio Ordinis Divi Benedicti, Diœcesis Andegavensis, die 8. Decembri: In Conceptione S. MARIAE. Capitulum: Dominus possedit me, &c. Ad Magnificat, Antiphona: Ave decus virgineum. Oratio: Deus qui hodierna die Beatam semper Virginem MARIAM, Angelico vaticinio concipi voluisti; praesta familiæ tuæ ejus ubique tueri præsidij, cuius Conceptionis sacra solemnia, devotione congrua venerantur, &c. Et ad Horas habet Antiph. proprias, & Orationes. Liber hic reperitur in Bibliotheca D. Fucquet, antiquis characteribus exaratus, & per vetustus manusc. in 4. pelliceo. Ibidem sunt Horæ antiquæ manusc. in 4. Festum Concepti, &c.

S. Petri Gandavensis: Conceptio B. MARIAE. Exstat ibidem manusc.

S. Petri

S. Petri Insulensis Collegiatæ , antiquum Breviarium manusc. ibidem : *Conceptione B. Virginis.* Et in impressione Parisiensi, anno 1533. *Conceptione duplex.* Antiphona : *Gaude Mater, &c.* Et in Diario Ecclesiastico ejusdem Ecclesiae, impress. Insulis anno 1637. duplex 2. classis.

S. Petri Lovaniensis, sub hac rubrica : *Festa & officia particularia Ecclesiae collegiatæ S. Petri Lovaniensis: De Conceptione sicut de Nativitate, &c.* Officium particular. Antiph. ad Magnificat: *Tota pulchra es amica mea. Oratio: Deus qui nos Conceptionis, &c. Lovanii 1616.*

Breviarium Ecclesiae S. Petri de Monticellis de Florentia, ut ad finem ejus dicitur, scriptum à Nicolao, anno 1406. die penultima Januarii, Sede Romanâ vacante Pastore. Die octava Decemb. In *Conceptione Sanctissime Virginis.* Ad Vespertas Antiphona : Speciosa facta es, & suavis in deliciis tuis sancta Dei Genitrix, &c. Capitulum : Egregie datur virga, &c. Antiphona ad Magnificat : Castitatis Dei Genitrix ornata, &c. Oratio : Supplicationem servorum tuorum, &c. Omnia sunt particularia tam quoad Antiphonas, quam Responsoria totius officii. Ad Matutinum Lectiones : *Conceptione venerandæ Dei Genitricis, & perpetuæ Virginis MARIE, dilectissimi Fratres, &c.* Narrat historiam, & miraculum institutionis hujus festi per sex Lectiones. Evangelium : Missus est Angelus Gabriel, &c. Ad Laudes : O Sol indeficiens, &c. Illæsa Mater Virgo sancta, talem portans filium, &c. Est manusc. in Biblioth. Regia Parisiis, in charta pellicea num. 335. in 4.

S. Petri de Rodas, ut appetet ex Martyrologio cap. 14. Martyrologium S. Petri de Rodas : *Conceptione Beatisimæ Virginis MARIE, que immunit, ab omni peccato libera fuit, quoniam eam Dominus ab initio, & ante secula Matrem sibi elegit.* Ita Ant. Lupiani Placentinum, habet officium in festo gloriose Conceptionis Virginis MARIE. Extat impress. Hispali 1521. Sunt, & alia duo Breviaria eiusdem Ecclesiae, cum officio Immaculatae Conceptionis; unum impress. anno 1579. & alterum 1547. de quibus Tamaius de Salazar, fol. 313. & Armament.

Polonus : *In festo Conceptionis B. MARIE Virginis.* Vide Missale.

Pontificale secundum ritum sacrosanctæ Romanae Ecclesiae, &c. in Decembri : *In festo Conceptionis B. MARIE semper Virginis;* & folio 248. *Benedictio in festo Conceptionis B. MARIE:* Omnipotens Dei Filius, &c. Impress. Lugduni 1542. in folio. In Biblioth. S. Genovefæ est Benedictionarium pro aliquibus festivitatibus anni manus. in charta pellicea antiquiss. characteribus, & folio 54. hæc habet : *In Conceptione B. MARIE* Benedictio : Benedic nos Deus Pater, qui cuncta prævidit sua benedicta prædestinatione, quique Matrem sui Unigeniti ab initio & ante sæcula glorioius præordinavit pro ipsis Filii incarnatione. Amen. Et sicut in Conceptione ipsius MARIE, Filii Dei preparabatur humanitas in materiali dispositione, proper quod fuisset creditur sine peccati contagione, ipse ob Matris suæ interventum vos mundet à peccatis suis gratuita largitione. Amen. Quatenus qui hoc festum & diem Conceptionis Beatissimæ Matris Dei celebratis cum devotione, ipse Filius ejus vos defendat à spiritibus immundis, qui nunquam ipsam suam Matrem sub potestate dæmonis permisit. Amen. &c.

In Monasterio Viconiæ Pontificale, impressum anno 1542. fol. 248. *Benedictio in festo Conceptionis Omnipotens Dei Filius.*

Pragensis, cuius rubrica est : *In Conceptione B. MARIE præpulsatio frat. & cappis in primis Vesprias, &c.* & incipit : Adest namque *Conceptione.* Impressum Venetijs 1517. fol. 214.

Breviarium Ecclesiae Collegiatæ B. Quintini Viromandensis, rubeis litteris fol. 19. In *Conceptione B. MARIE.* Ad Vespertas Antiphona : Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te. psalm. de Beata MARIA. Antiphona : *Sicut lilium, &c.* Cap. Ego quasi vitis. Collecta : Supplicationem, &c. Lectione 1. Tempore quo Normanni anglam invaserunt, &c. Antiquissimum abique loco, & anno impress. in S. Germano de Paris, Parisijs lit. K. Et aliud Ipris apud Augustinianos, sic caret principio', & fine.

Ratificandone sub hac rubrica : Breviarium secundum usum Ratificandensem, de jussu Reverendissimi D. D. Joannis Comitis Palatini Rheni, Ducis Bavariae, &c. 6. Idus Decembbris : *Conceptione MARIE Virginis.* Et 18. Kal. Januarij: Octava Conceptionis MARIE Virginis. Impress. Auguſtinae delicorum 1515. in 8. ibidem lit. M.

Rhemense sic: Breviarium dispositum à Ludoco de Lotharingia Archiepisc. & Duce Rhemense, Ducepare Franciæ, & Apostolicæ Sedis Legato. 8. Decembbris, rubeis litteris : *In Conceptione MARIE Virginis.* Ad Vespertas Antiphona : *Conceptione gloriose.* Capitulum : Beata Virgo MARIA, da Reip. Stirps fæse. Hymnus : *Quem terra.* Ad Magnificat Antiphona : S. MARIA succurre miseris, &c. Oratio : Supplicationem, &c. Totum officium est particulare, nullique alij simile. Parisijs 1514. in 8. & ibidem 1515. duplex. & 1562.

Item, Breviarium insignis Ecclesiae, & Metropolitanæ Rhemensem, juxta pristinam orationem digestum, &c. Et fol. 212. In *Conceptione MARIE Virginis,* ad Vespertas Antiphona : *Hoc conclusus, &c.* Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te, &c. Capitulum : Beata Virgo MARIA, &c. Hymnus : *Quem terra.* Oratio : *Præsta, quæsumus, omnipotens Deus, ut B. Maria semper Virg. veneranda solemnitas, & præmia vita, &c.* Rhemis 1572. in 8.

Breviarium secundum usum per celebris articulacionib. D. Remigij Rhemensis, S. Benedicti : *In Conceptione B. Virginis MARIE,* super Psalm. Dominalies, vel feriales, ad Vespertas sola Antiphona : *Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te.* Et officium singulare. Impress. Parisijs an. 146.

Item, in Manuali Rhemensi, ponitur *Conceptione B. Virginis* grossum duplex, & in rubrica de festis conservandis per Diocesim. Impress. Rhemis 1554. Sacerdotiale, vulgo Manuale, seu agenda, ad usum Ecclesiasticorum Provinciarum Rhemensis, pars decretum Concilij Provincialis an. 1585. Rheniis celebrati, magnâ curâ digestum & editum, &c. 8. Decembbris : *Conceptione B. MARIE Virginis,* rubeis litteris. Item, inter festa observanda, in quibus ab omni opere cessandum : *Conceptione B. MARIE Virginis.* Rhemis 1622. in 4. jussu Cardinalis Ludovici à Guyse Archiepiscopi Rhemensis, &c.

Rhedonense sic : Kalendarium Rhedonense Romano conformatum, 8. Decembbris : *Conceptione B. MARIE duplex,* rubeis litteris. Impressum Rhedonis 1609. in 8.

Roden

Rodense Breviarium, habet officium de *Immaculata Virginis Conceptione*, recte Antonio de Lupian Zapata in suis Annalibus, cap. 14.  
 Romanum de Camera, novissimè impress. &c. fol. 261. In *Conceptione S. V. MARIE*, ad Vesperast. *Concep-*  
*tio glorioſa*. Oratio: *Deus qui per Immaculatam. Le-*  
*cções: Anselmus Cantuariensis. Item, fol. 417.*  
*Officium Immaculatae Conceptionis*, editum per Leonar-  
*dum Nogarolum. Impress. Venetijs 1550. in*  
*folio. Aliud est impress. Lugduni, per Ioannem*  
*Crespinum 1538. fol. 309. Aliud nuper impress. in*  
*quo tabula Parisiens. ad longum est ordinata: offi-*  
*cia Fratrum Minorum, & Eremitarum separatis*  
*posita, & alia multa ad commodum dicentium offi-*  
*cium, &c. fol. 374. Incipit officium Immaculatae*  
*Conceptionis Virginis MARIE*, duplex maius. In pri-  
*mis Vespere Antiphona: Sicut lilyum. Est officium*  
*particulare, & ad finem illius dicitur: Finis Diurni,*  
*secundum ritum Romanæ Ecclesiæ; Venetijs*  
*1570. in 12. Item, aliud vidi absque principio, &*  
*fine, quod folio 241 adducit officium Conceptio-*  
*nis commune, sed folio 401. habet officium Imma-*  
*culatae Conceptionis Virginis MARIE*, secundum Leonar-  
*dum de Nogarolis. Aliud optimè recognitum,*  
*in Conceptione Virginis MARIE* duplex maius, folio  
*247. Lectiones: Anselmus Cantuariensis. Venetijs*  
*1564. Item, aliud Romanum habet officium Con-*  
*ceptionis Virginis MARIE: Sicut lilyum. Impress.*  
*Parisijs, anno 1520. Vidimus innumera Brevia-*  
*ria Romana antiqua, & impressa; damus tantum*  
*hæc que sequuntur, brevitatis causa prætermis-  
*sus aliis. Manuscriptum in charta pellicea, fol. 507.**

Incipit officium Immaculatae Conceptionis Virginis MARIE, editum per R. Patrem D. Leonardum Nogarolum, Protonotarium Apostolicum, Artium, ac Sacrae Theologiae Magistrum famosissimum; & post ultimam Lectionem, habet hanc rubricam: *Hac nocte non dicitur octavum Respons. sed loco ejus cantatur à choro: Tota pulchra es. Antiphona ad Laudes sunt speciales, & Capitulum in secundis Vesperis: Vidimus Immaculatam descendenterem de celo, sicut sponsam ornatam, &c.* Et ad officium habet sequentem rubricam: *No-*  
*tandum, quod si festum Conceptionis in Dominica ve-*  
*nerit, sit de festo, quia specialis effectus Dei fuit*  
*in tali die, ideo Dominica transfertur ad diem*  
*sequentem, & hoc ex dispositione Pontificis. Ex-*  
*stat hoc Breviarium pulcherrimum in Aracelitani*  
*Conventus Bibliotheca. Aliud: In Conceptione*  
*Virginis MARIE, omnia dicuntur sicut in festo*  
*Nativitatis, præter Lectiones; sed ubi dicitur Na-*  
*tivitas, dicitur Conceptione. Impress. 1545. fol. 245.*  
*à tergo Lectiones primi, & secundi Nocturni, sunt*  
*ex S. Anselmo. Aliud est sub hoc titulo: Novissimè*  
*impressum, ordinatum, & omnia suis in locis im-*  
*polita, &c. Incipit officium Immaculatae Conceptionis*  
*Virginis MARIE, editum per Leonardum Noga-*  
*rolum Protonotarium Apostolicum, quod con-*  
*firmatum fuit, & approbatum per Sextum Pa-*  
*pam IV. cum illa indulgentia illud celebranti-*  
*bus, que habetur per totam octavam Corporis*  
*Christi. Impress. Venetijs 1550. in folio magno.*  
*Aliud Breviarium Romanum: In festo Conceptionis*  
*B. MARIE, omniapræter Lectiones primi, & secundi*  
*Nocturni, dicuntur ut in Nativitate eiusdem*  
*mutato nomine Nativitatem in nomen Concept. Lect.*  
*1. Noct. Ego ex ore Altissimi. secundi, ex S. Ambr.*  
*de Virginibus: Sit vobis, Romæ 1568. in fol. Item,*

aliud Romanum MS. extat in Bibliotheca S. Joannis Regum adducens officium Conceptionis Virginis MARIE. Alterum Romanum editum & emendatum à D. D. Francisco de Quiniono, in quo est officium Conceptionis. Sicut lilyum inter spinas. Impress. Lugduni 1538. fol. 550. & Venetijs 1547. fol. 485. Alterum cum notationibus in margine optimè revisum, fol. 223. In Conceptione B. MARIE. Impress. Venetijs 1558 in 4. cuius prima Lectio est: Anselmus Cantuariensis. Alterum etiam impress. Venetijs anno 1518. & coram R. P. Franciscum Feltrensem, fol. 256. adducit officium Conceptionis Virginis MARIE. Aliud, folio 390. In festo Conceptionis Virginis MARIE, duplex: Conceptio glorioſa, &c. Venetijs 1577. in 4. Aliud, cuius titulus est: Breviarium Romanum ex sacra potissimum Scriptura, & probatis Sanctorum historijs nuper conferatum, cum privilegio Summi Pontificis, & Regis Gallie, &c. Conceptio V. duplex maius; est sicut in officio Nogarolis. Impress. Lugduni an. 1546. pag. 224. in 4. Item, aliud etiam impress. Lugduni, anno 1555. exactius quam unquam fuerit, & emendatum, ut ibidem dicitur, fol. 129. Incipit officium Immaculatae Conceptionis Virginis MARIE. Item ibidem, anno scilicet sequenti 1556. fol. 769. fuit impress. alterum, cum officio Immaculatae Conceptionis Virginis MARIE, secundum usum Fratrum Minorum. Aliud Romanum antiquissimum vidi-  
 mus, carebat tamen principio, & fine: folio vero 309. adducebat officium Conceptionis Virginis MARIE. Aliud sub hoc titulo: Ex ritu Romano, integris officijs, historijsque proprijs, &c. Impress. Venetijs fol. 233. Incipit officium Immaculatae Conceptionis V. MARIE, &c. Sicut lilyum inter spinas, &c. Impres. Venetijs 1522. in 4. & Lugduni 1551. fol. 298. Item, ibidem in officiis extraordinarijs, fol. 565. habet Lectiones pro octava Conceptionis, quæ incipiunt: Venter intactus, venter sanctus, venter immaculatus, &c. infra: *Quia à longe prævisam præser-  
 vavit; & in altera Lectione: Talis perfectio laudan-  
 da est, quæ sola super omnes electa est, & post ruinam,  
 Dei gratia sola Immaculata concepta est; & in Lectione  
 altera: Excludunt omnes ab ista vivente actualem  
 maculam; exclude igitur & tu à veniente origina-  
 lem; & in altera: Sancta quippe viscera, sancta por-  
 ta, sancti postes ostii, beatus qui observat, qui dicit,  
 qui confitetur postes ostii, principium Conceptionis suæ immaculatum; & in altera: Si enim parvula  
 sit, & ubera non habeat, si ex se ubertatem præ-  
 servandi à macula non teneat, murus tamen effet  
 ostium, &c. Alia quamplura adducuntur ex ipsis  
 Lectionibus pro eadem præservatione Virginis.*  
*Alia extant Breviaria Romana, ipso anno 1563.*  
*in 8. & alterum impress. Venetijs anno 1596. in 8.*  
*fol. 363. & alterum impress. Venetijs 1564. folio*  
*243. & alterum 1543. etiam Venetijs. Alia Bre-  
 viaria, ex decreto Concilij Tridentini restituta,*  
*jussu Pij V. Clementis VIII. ac Urbani VIII. edita,*  
*hic non enumerantur, quia unum, & idem officium*  
*Conceptionis Virginis MARIE continent, sicut in die*  
*eiusdem. Aliud Romanum, ex sacra potissimum Scrip-*  
*tura, & Sanctorum testimonij, &c. fol. 478.*  
*Conceptio Virginis MARIE duplex maius. Antiphona:*  
*Sicut lilyum. Oratio: Deus qui per Immaculatam*  
*&c. Invitatorium: Immaculatam Conceptionem,*  
*&c. cum unica Lectione: Magnifica illum, qui te*  
*ab omni peccato præservavit. Est autem officium*  
*singulare, impress. Lugduni 1646. in 8. & 1566.*

Q

in

in 8. magno, & Antwerpiae 1536. & 1557. & Lugduni 1518. & 1556. in fol. & Lugduni correctum à Reverendissimo D. Joanne Baptista Rubeo, & Jacobo Maistret 1575. & Venetijs 1543. & idem officium Nogarolis correctum per F. Joannem Mariam. Venetijs 1495. Hortulus animæ denuo repurgatus, in quo Horæ B.V. MARIE ad ultimum Romanum continentur. Ad diem 8. Decemb. *Conceptionis B. MARIE*, rubeis litteris; & fol. 354. In festo *Conceptionis B. MARIE*, Antiphona: *Maria plena gratiæ, stirpe concepta Regia, assistentes tuæ laudi, miserando nos exaudi. V. Audi filia, &c.* Oratio: *Supplicationem servorum tuorum, &c.* Parisijs fine anno. Carolus Guyet Turonensis, in lib. Ordo Generalis divini officij recitandi, juxta ritum Breviarij Romani, in perpetuum; die 8. Decembbris, fol. 61. *Conceptionis B. MARIE* duplex majus, &c. Est sic in omnibus Ordinibus. Impress. Flexiæ 1622. in 8.

Breviarium Romanum promulgatum à Paulo 3. an. 1539. part. 1. fol. 332. *Officium Immaculatae Conceptionis*, est illud editum à Quinonio, & impress. Parisijs 1541. Breviarium MS. Ipris apud Augustinianos. *Conceptionis B. Virginis* duplex. Et duo Breviaria Romana MS. antiquissimis characteribus, Brugis in Monasterio Dunensi: *Conceptionis B. MARIE* duplex magnum, rubeis characteribus. Aliud: *Incipit officium Immaculatae Conceptionis Virginis MARIE* editum per R. P. Leonardum Nogarolum Protonotarium Apostolicum, Artium, & sacræ Theologiæ Doctorum famulossum, & per Papam Sextum IV. approbatum: *Sicut lilyum, &c.* Impress. Parisijs in fol. magn. Et infra habet officium Concilij Basilensis, & incipit: *Dominus posse dedit me. & Lectiones primæ sunt ex decreto Concilij Basilensis secundæ S. Anselmi Episcopi: Principium quo salus mundo, &c. tertia ejusdem Anselmi.*

Rothomagense, sub hac rubrica: *Divinum, ac ac salutiferum faci Missalis officium celeberrimi Cleri, famosè insuper, & nominatissimè totius Ducatus Normanniae Metropolis Ecclesia Rothomagensis.* Idus Decembbris: *Conceptionis B. Virginis*, rubeis litteris. Item, in festis quæ observantur in Diœcesi, & civitate Rothomagen. singulis annis, in Decembri: *Conceptionis B. MARIE*. Item, in proprio Sanctorum, fol. 3. à tergo: *Sequitur Conceptionis B. MARIE* festum triplex. Ad Processionem, & Missam, omnia ut in Nativitate ejusdem, excepto quod ubi dicebatur Nativitas, ibi dicatur *Conceptionis*, & fiat memoria Adventus. Celebretur autem festum quacunque die occurrit. Impress. Rothomagi 1504. in 4. Item, aliud ejusdem Ecclesie cum eisdem notis. Rothomagi 1585. in 4. & 1527. & 1508.

Ruremundense, & S. Quintini: *Conceptionis B. MARIE*, fol. 9. Antiphona: *Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te.* Lectiones: Tempore quo Normanni. Extat absque principio, & fine apud Augustinianos Ipris. Item, Pastorale ab Henrico Quyquo Episcopo editum: *Conceptionis B. MARIE* duplex. Impress. Coloniae 1549. in 4. & Ruremundæ apud PP. Carthusienses, vidi Breviaria impress. Venetijs 1549. in 8. apud Andream Thorelanum, & 1521. & 1551. sub titulo *Conceptionis*.

Saguntinum, fol. 474. habet officium *Conceptionis Virginis MARIE*, cum octava. Impress. 1560. in 4. *Conceptionis Beatae Virginis MARIE*, fol. 475. Impress. anno 1561. Est officium speciale.

Sacrificiale itinerantium non est officium, sed

habet hęc, in *Conceptione B. MARIE*. Tropus: *Conceptionem venerandam sanctæ Dei Genitricis pertinet Virginis MARIE laudibus devotis celebremus. Ad Missam, Introitus: Gaudemus. Oratione: Deus ineffabilis, &c. Sequentia: Hanc diem sacram celebremus. Odas laudis personem, & fol. 5. de *Conceptione* habet Antiphonam, & Orationem. Impress. Appenhein 1521. in 4. Salmanticense, fol. 450. habet titulum, seumbam in festo *Conceptionis Virginis MARIE*. Impress. 1572. Aliud extat eiusdem Ecclesie, fol. 43. in hac rubrica: *In festo sanctissime Conceptionis B. MARIE Matri Christi, fiat officium solemne, &c.* & cōria sunt, ut in officio Nogarolis.*

Samilianense, Hispanice: Samillan de la Cogolla, habet officium *Conceptionis Virginis MARIE*, & quod videndum est D. Antonius de Lupian.

Salisburgense, habet officium *Conceptionis Virginis MARIE*. Parte aestivali. Impress. 1557. Parisijs. Ex aliis ejusdem, sub hoc titulo: *Libri agendorum secundum antiquum usum Metropolitanæ Ecclesiæ Salisburgensis*, nunc recens recogniti, & ab omissis mendis purgati, atque aucti. Prima pars, mandato & sollicitudine Rever. & Illust. D. D. Joannis Jacobi Archiepiscopi, ac Principis Salisburgensis, & S. Sedis Legati edita; fol. 189. *Conceptionis* seu sanctificationis Beatae MARIE Virginis, quæ usque ad meridiem tantum in foro celebratur. Dilinge 1575. in 4. & Breviarium Parisijs 1521. *Conceptionis Virginis MARIE*, & 1557. in 12.

Sarum, ut appareat ex Missali impress. Londoni anno 1508. *Conceptionis Beatae Virginis*, minus duodecim Lectiones.

Secliniense Breviarium, habet officium de *Conceptione Virginis MARIE*, cum Hymno speciali, inquit dicitur:

*Lux mitat de caligine,  
Rosa de spina germe.*

Ita refert Antonius Balinghen, in *Parnaso Mariano*, fol. 19. & fol. 23. & 29. Existens MS. apud Patres Societatis Jesu, infulis in Belgio: *Compositum MARIE duplex*.

Segoviente, fol. 532. habet officium particularis *Conceptionis MARIE*, & fuit impress. anno 1517. Aliud extat impress. anno 1527. quod habet officium Nogarolis: *Sicut Lilium*.

Senonense: *Conceptionis B. Virginis semiduplex*. Parisijs 1525. & in *Manuali à D. Pelene Cardinali, Senonensi Episcopo*: *Conceptionis B. Virginis*, ex præcepto ab omni opere. Impress. ibidem a Joanne Salazar. Est antiquum, Ipris apud Augustinianos. Item, facit mentionem de Breviario hujus Ecclesiæ *Cœetus Societatis Jesu*. In nomine Domini nostri Iesu Christi, Beatissimæ Dei Genitricis MARIE, ab Stephani Protomartyris, totiusque triumphante Curia: Ordo Psalterij secundum morem, & consuetudinem, ac ritum Metropolis Ecclesie Senonensis, feliciter incipit: *Et 6. Idus Decembrii in rubro. Conceptionis B. MARIE Virginis semiannuale*. In corpore, quod est absque foliatione: *Imprimatur Conceptionis B. MARIE*, ad Vespertas super Psalmos feria, Antiph. *Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te, &c.* Capitulum: *Beata es Maria quia Dominum portasti, &c.* Oratio: *Famulis tuis*. Ad Completorium, Ant. *Paradisi porta*. Hymnus: *Virgo Dei Genitrix*. Ad Matutinum, *Invitatorium*. In honorem *Beatissime MARIE Virginis*, jubilemo Domino. Hymnus *specialis*. Lectiones: *Antiphona Cantus*

Cantuariensis. Impress. Parisis 1546. in 8. Horæ ad ultimam Senonensem, die 8. Decembris: *Concepcionis Beatae MARIE Virginis*. Hymnus: Benedicta concepcionis Virginis Matris MARIE, festivetur cum gaudio. Adit dies latitia: laterut tota regio fervens Regi gloria, non obstante objurgio detrahenis inuidia. V. In conspectu Altissimi Immaculata permanisti. R. Dei Genitrix, &c. Oratio: Deus qui pro salute humani generis carnem gloriose Virginis MARIE assumere dignatus es, & per ipsam sine macula concepiendam, ante secundam in matrem pre-elegisti: concede propitius, ut qui de ejus conceptione, quæ fuit nostra redēptionis, necnon temporum plenitudinis exordium, latet amur ejus plus intercessiōibus ab instantibus periculis, & à morte perpetua præseruemur, &c. Impress. Parisis per Joannem de Brie, in charta pellicea, in 8. Antiquissimis characteribus, extat in Collegio Claramontano lit. M.

Sepulchri sancti Breviarium, habet hanc rubricam: in conceptione gloriose Virginis MARIE, non secundum ordinarium, sed ex devotione, eorum duplex, & est offic. singulare. Etiam extat aliud Breviarium ejusdem Ecclesie Sepulchri, sub hac rubrica: Repertorium S. Sepulchri, Ord. S. Benedicti Cameracensis. MS. 6. Idus Decembris: *Concepcionis Beatae MARIE*. &c. & est ibi in Bibliotheca ejusdem Monasterij in 4. Sunt etiam ibidem septem Breviaria MS. ut credo ejusdem Monasterij, antiquissimis characteribus in charta pellicea; & habent officia singularia de conceptione Beatae MARIE cum duodecim Lectionibus. Antiphona: Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te. Ad Magnificat: Beatisimæ Virginis MARIE conceptionem. Oratio: Supplicationem, &c. Semper ponitur: Maius duplex.

S. Servatii Breviarium: *De conceptione Virginis* totum triplex. Impress. antiquum apud Carthusianos Ruremunda, sed non habebat locum impressionis, neque annum.

Servitæ, Religio Servitarum, communiter ipsius Patres dicti Servi Beatae MARIE Virginis. Qualem, & quantam devotionem hæc sacra B. MARIE Virginis Religio, habeat ad ipsius Immaculatam conceptionem, ex parte secunda Annalium ipsorum desumendum est; Centuria enim tertia lib. 1. cap. 12. num. 6. ad annum Christi 1444. & 445. hæc habent: Cumque eisdem illis diebus, Decretum Basilicensis Concilij, de festo die Immaculatae conceptionis Beatae MARIE Virginis solemnni ritu quotannis celebrando passim, & ubiq; plausibili Republica Christianæ confessione divulgaretur breve ab omnibus pia Religione coleretur, Ordo Servorum ut praeter ceteris hujusmodi honores sacros Sospitatri Patrum sua Dei Matri promptiori animo exhiberer, annuas quasdam pro eodie rogationes, per urbes publicè instituit, quartum adhuc confuetudo nonnullis in locis viger, utpote Senis, & Perusij; ubi ex Senatis consulto, & Eugenij indulto publicæ preces, & antiqua vota servantur, &c. Prædicti Patres Servitæ recitare officium de conceptione Beatae Virginis duplex secundæ classis cum octava, & in primo die dicunt omnia, ut in Breviario Romano; pro alijs autem diebus infra octavam habent officium proprium, ut videre est in prædictorum officio proprio. Roma apud heredem Bartholomæ Zametti 1629. Ibi etiam dicitur, quod sunt appro-

bata à sede Apostolica, officia propria festorum Patrum Ordinis Servorum Beatae MARIE Virginis. Et fol. 81. habetur: *In festo conceptionis B. Virginis duplex secundæ classis*, cum octava. Omnia ut in Breviario, sed præter hunc diem, primæ Lectiones de Scriptura occurrenti legantur. Mediolani 1628. in 8.

Sigense, id est, Ordinis S. Joannis Hierosolymitanorum, fol. 342. habet officium in festo conceptionis B. Virginis, duplex solemne. Est particolare, & impref. an. 1547. in 4.

Sosmenis Ecclesie, cum hac inscriptione: Breviarii totius anni Pars prima, ab Adventu usque ad Trinitatem; ad usum insignis Ecclesie Sosmenis, &c. quod Frater Philippus Bartius Canonicus, Vicarius Generalis prædictæ Ecclesie, necnon curatus D. Martini Castris Thierici, restituit anno 1547. folio 207. hæc habet: *In vigilia conceptionis B. MARIE V. ad Vesperas Antiphona*: Hæc est Regina Virginum, &c. Oratio: Supplicationem. Sermo B. Fulberti Carnotensis Episcopi: Approbata consuetudinis, &c. & quatuor diversæ Orationes ad Horas. In mense vero, die 8. Decembris: *Concepcionis Beatae MARIE Virginis* magnum duplex, rubeis litteris. Est officium singularissimum. Impress. Parisis 1648. in 8.

Spirens: *Concepcionis Beatae Virginis*. Impress. anno 1591. Diarium Spirens. Ecclesie. 6. Idus Decembris: *Concepcionis Beatae Virginis*, rubeis litteris duplex, & folio 265. à tergo: *In festo conceptionis B. MARIE*, ad primas Vesperas super omnia: Laudate. Antiphona: Vidi speciosam, &c. Tota pulchra es amica mea & macula non est in te. Capitulum: Dominus possedit me. Hymnus, versu Choramblico: Gaude visceribus mater in intimis, &c. Oratio: Famulis tuis. Lectiones: Anselmus Cantuariensis, &c. narrat historiam, & in Responsorio quarto dicitur sic: Diem festum præexcelsæ Genitricis Dei Virginis MARIE solemniter celebremus, quo inchoata est ejus felix concepcionis, &c. Impress. Venetiis 1507. in 8. & 1509. in 8. Et in alio lib. sic dicitur: Diurnale secundum ritum Ecclesie Spirens. 6. Idus Decemb. *Concepcionis Beatae MARIE* rubeis litt. à folio 204. *In festo conceptionis Beatae MARIE Virginis*, ad Vesperas super omnia: Laudate. Antiphona: Vidi speciosam sicut columbam, &c. Sunt particulares. Hymnus: Gaude visceribus mater in intimis, &c. Oratio: Famulis tuis. Manus. in Bibliot. D. Fucquet Parisis prope Castrum Vincenti. Item, Breviarium ejusdem Ecclesie manus. die 8. Decembris: *Concepcionis Beatae MARIE* duplex; rubeis litteris. Ibidem.

S. Spiritus, Ordo & Militia: *Concepcionis Beatae MARIE*. Impress. 1585.

S. Stephani de Monte, sub hac rubrica: Officia propria Ecclesie S. Stephani de Monte, fol. 253. die 8. Decembris: *Concepcionis Beatae Virginis*. Responsorium: Missus est Angelus. Versus: *Concepcionis est hodie*. Oratio: Famulis tuis. Est officium singulare. Parisis 1649. in 8.

S. Stephani Tolosan, sub hac inscriptione: Breviarium secundum consuetudinem, ac ritum insignis Ecclesie Tolosana S. Stephani, Archiepiscopalis, ac Metropolitanæ. 8. Decembris: *Concepcionis Beatae Virginis* duplex, rubeis litteris. Et folio 202. *In festo conceptionis Beatae MARIE Virginis*, 6. Idus Decembris duplex. Et nota, quod quando festum conceptionis B. MARIE venerit in aliqua Domi-

nica Adventus Domini, non differtur in proximam secundam feriam, sed in ipsa Dominicā celebratur, & solemnis memoria fiat de Dominicā ad utrasque Vesperas & Matutinum. Si vero in Sabbato venerit, Vespere erunt de Festo, cum Commemoratione Dominicā ad Vesperas.

Strigoniense in Hungaria, de Conceptione Virginis. Impress. Augusta 1480. in 4.

Suectionense in Gallia: *Conceptio B. Virginis triplex*. Impress. apud Simonem Bostre. Est officium particolare; & in alio quod carebat principio & fine, est eodem modo. Hora ad usum Suectionen. die 8. Decembris: *Conceptio MARIE*, rubris litt. & folio 8. Ave cuius *Conceptio*, &c. Oratio: Deus, qui nos Conceptionis, Nativitatis, &c. Sunt Horae particulares, in Biblioth. D. Cancellarii Parisiensis in charta pellicea, in 8. manufc.

Tarragonense, recitabat sub titulo *Conceptionis B. Virginis*, ut affirmat D. Antonius Lupian, in sua Hispania primogenita, cap. 15.

Templariorum Breviarium manuscriptum ad annum 1237. habet officium Conceptionis Virginis MARIE, de quo agit Antonius de Lupian Zapata, in suis Annal. cap. 14. Breviarium Equitum Templariorum, existens in Villa Asconis Cataloniae Ordinis S. Joannis de Mata, scriptum an. 1237. adducit officium Conceptionis, & inter alia habet hæc verba: Dixit ei Angelus: Ave gratia plena, quoniam in ea nunquam fuit cortex, neque culpa radix, sed pulchritudo: quare si omnipotens Deus eam ab omni genere peccati liberavit; immaculata, & Immaculata semper fuit, neque tetigit eam teter, nec culpa actualis, nec originale peccatum, sed semper illæsa manere probatur. Ex Lupian Zapata.

Tencramundense: *Conceptio B. MARIE* cum octava. Impress. anno 1528. in 8.

Theutonicum habet officium speciale, cum hac rubrica: In Conceptione Beata MARIE, rotum duplex. Ad Vespere, super omnia: Laudate. Antiph. Gaude Mater Ecclesia. Capitulum: Dominus possedit me. R. Cordis, ac vocis jubilo, pangamus laudes Domino, &c. Hymnus: Gaude Sion, quam Cypress super te extolitur, &c. Omnia sunt singularia, quæ (Deo dante) dabimus in nostro Choro Castrorum. Impress. ablico anno, in ipsa infantia typographia in 8. Theutonicorum, 6. Idus Decembris: *Conceptio B. MARIE* totum duplex, rubris litteris, quam rubricam solum ponit in die Nativitatis Domini, & fol. 108. adducit officium particolare.

Tirasonense, fol. 534. habet officium *Immaculata Conceptionis*, secundum Leonardum Nogarolum. Impress. 1541. in 4. Et in alio sic dicitur: Incipit officium *Immaculata Conceptionis B. V. MARIE*: Sicut lumen. Impress. Venetijs 1497.

Tironense S. Trinitatis, Ordinis S. Benedicti, Diœcesis Carnotensis: *Conceptio MARIE Virginis*. Parisijs 1506.

Toleranum Breviarium à D. Gregorio XIII. Sixto V. Paulo V. approbatum, & DD. Gasparis de Quiroga, & Bernardi de Sandoval iussu editum, fol. 559. die 8. Decembris, fit de festo Conceptionis B. Virginis duplex maius, ut in Breviariorum, cum Commemoratione feria, &c. Impress. Antwerpiae 1616. in 8. regali; & in officiis impress. Matrii 1593. in 4. fol. 117. Alterum correctum, & emendatum iussu Illustriss. D. D. Ioannis Martini Silicei, cuius titulus est: In Conceptione B. MARIE, ad Vespere

ras Antiphona: Gaude Mater Ecclesia. fol. 150. Impress. Lugduni 1550. Aliud extat antiquum, ex officio *Conceptionis Virginis MARIE*, impress. anno 1505. Alia extant manusc. Breviaria antiquissima in eadem Sancta Ecclesia, quorum aliqua habet officium *Conceptionis Virginis MARIE*, aliqua venit fine illo. Aliud iussu D. D. Petri Gonzales de Mendoza, cum officio *Conceptionis Deipare*, impress. Venetijs 1488. in 4. Aliud extat vetustissimum eiusdem Ecclesia, absque principio & fine, in quo, folio 522. extat officium *Conceptionis Virginis MARIE*. Aliud extat etiam impress. cum officio *Conceptionis Virginis MARIE*, Venetijs 1596. De viario Muzarabe, ac de Diurnali eiusdem Ecclesia, iam diximus suo loco.

Tornacense, ut appareat ex Missali, fol. 4. In *Conceptione B. MARIE Virginis*, Introitus: Gaudemus. Oratio: Deus qui B. MARIE Virginis Conceptionem, &c. Grad. Ego quasi vitis. Sequitur: Stella maris o MARIA, &c. Est singulare. Tornacense Ecclesia, ad amissum denuo recognitum, atq. contigatum, Antwerpiae 1514. in 8. *Conceptio B. MARIE duplex*: In *Conceptione B. MARIE*, ad Vespere Antiphona: Tota pulchra es amica mea, macula non est in te, &c. Sunt Antiphona, & plures particulares. Capitulum: Ego quasi vitis. Omititur Deus qui B. MARIE Virginis Conceptionem, & gelico vaticinio Patribus prædictissimi, &c. Letitiae S. Anselmi: Omnia Sanctorum dilectissimi, &c. Responsoria, & Antiphona speciales. Laudes: *Conceptio glorioſa*, &c. Et omnia in speciales. Incipit aliud officium *Conceptionis B. MARIE Virginis*: Gaude Mater Ecclesia, &c. Habet 4. Antiphonas. Capitulum: Ego quasi vitis. Et infra: Sicut cinnamomum, & balsamum. Hymnus: Ante mundi principium, &c. in quo agitur de Conceptione, & prærogativis. Ut syrus internebila, & ut in spinis rotula, apparuit hæc virgula, &c. Est etiam officium singulare, tam in Antiphonis quam in Responsoriis Nocturnorum. Extat MS. in eadem Ecclesia antiquissimis characteribus aliud, ubi ponitur: *Conceptio triplex* & idem in officiis eiusdem Ecclesia, impress. Duaci 1500. Etiam Kalendarium, 6. Idus Decembris: *Conceptio S. MARIE*, rubris litteris manuscript. Eiusdem Breviarium eiusdem Ecclesia manuscript. antiquis characteribus. 6. Idus Decembris: *Conceptio S. MARIE*. Extant ambo MS. in Bibliotheca S. Ambandi Benedictinorum Diœcesis Tornacensis in Belgio. Et in Monasterio S. Martini Tornaci, finis decem Breviaria diversa cum titulo *Conceptionis*. Et Diurnale MS. Insulis, apud Augustinianos.

Trajectense: *Conceptio B. Virg. sumnum*. Hac de solum dicitur Te Deum in Adventu. Carebat principio, & fine. Et aliud eiusdem Ecclesia, eodem modo adducit historiam Conceptionis. Eiusdem impress. absque anno, & loco. Ipris apud Augustinianos, officium autem est singulare. Vidimus etiam alia duo impressa Antwerpiae 1514. & 1551. idem eadem nota Summum.

Trecense, ut colligitur ex Diurnali Ecclesie Trecen. 6. Idus Decembris: *Conceptio MARIE Virginis duplex*, rubris litteris. Ad Vespere: Gaude mater Ecclesia, &c. Hymnus: O quam glorificata luce, &c. Et est specialis. Collecta: Deus qui B. MARIE Conceptionem per Angelum parentibus prædictisti, &c. Torum officium est particularissimum, more Monastico dispositum, in Biblio. D. Cancell.

D. Cancellarij Parisien. in 8. charta pellicea; & antiquis characteribus scriptum. Inveniuntur si militer Horæ Gallicæ B. MARIE Virginis: die 8. Decembris: *La Conception MS.* in Bibliot. D. D. Cancellarij Parisien.

Tresitense, habet Collectas seu Orationes proprias, quarum initia sunt: Deus qui B. MARIE Virginis Conceptionem. Deus ineffabilis misericordia, &c. Omnipotens semperterne Deus, qui condolens humanis miseriis, &c.  
Trevirens, ut colligitur ex Officiali, impress. an. 1574. in 4. *Conceptio B. Virginis, &c. & Episcopali, impress. Lugduni 1515.* Item, aliud adducit officium de festivitate Conceptionis, cum Hymnis specialibus, ex quibus hec pauca defuno.

*Pangeamus laudes Domino,*  
*Catus Matri Conceptio*  
*Mundum perfidus gaudio, &c.*  
*Gaudet fidelis concio,*  
*Ad eam Conceptio,*  
*Quae dedit Eva maculas.*  
*Hoc serpens caput contrivit, &c.*  
*Eva maledictionem*  
*Deus extirpaverat*  
*Tuam per Conceptionem, &c.*  
*Tua namque Conceptio,*  
*Summiseli gratulatio.*

Extant apud Antonium de Balinghen, in Parnasso Mariano, a folio 11. usque 14. & fol. 17.

Tridentinum, ut colligitur ex Manuali impress. Lugduni 1589. in 4. magno: *Conceptio B. Virginis.*

Trinitatis, id est, Religionis Sanctissimæ Trinitatis Redemptionis Captivorum, a Sacra Rituum Congregatione recognitum, & approbatum, fol. 31. ad diem 8. Decembris: *Conceptio B. MARIE Virginis duplex 2. classis, &c. Impress. Roma 1641.* Item, eisdem aliud antiquum, fol. 10. habet officium *Immaculatae Conceptionis*, sicut in officio Fratrum Minorum. Impress. an. 1545. in 4.

Trudonopolitanum in Monasterio S. Trudonis Trudonopolii; Horæ B. Virginis MS. *Conceptio B. MARIE* sumnum minus, in 8.

Tudela Breviarium, habet festivitatem Conceptionis, fol. 577. sub hac rubrica: *Conceptio Virginis MARIE soleme. Impress. 1540. in 4.*

Tudense, fol. 102. habet officium *Immaculatae Conceptionis* speciale. Impress. Salmantice, anno 1564. in 4.

Tullense, sub hac rubrica: In nomine Domini Amen. Platerium cum Antiphonis, Versiculis, Capitulis, & Hymnis ferialibus secundum usum Tullensem, &c. fol. 243. In *Conceptione Beatæ MARIE Virginis*, ad Vespertas super Psalmos: Gaudet fidelis concio, &c. Sunt Antiphona satis singulares. Capitulum: Ego mater pulcherrime dilectionis. Oratio: Deus ineffabilis, &c. Invitatorium: Stellam MARIAE maris; Venite adoremus. Lectio: Anselmus Cantuariensis, &c. Totum officium, Antiphona, Responsoriaque sunt particularia. Impress. Parisijs, anno 1510. in charta pellicea in 8.

Tungrense, ut appareat ex Diurnali sub talis rubrica: Diurnale Monasterij Canonicorum Regularium Tungrensum, MS. in Bibliotheca ejusdem Monasterij: *Conceptio B. MARIE* majus duplex, in charta pellicea in 4. Et in alio Brevario Impress. Antwerpiae 1545. *Conceptio B. MARIE* duplex.

Turonense, Francisci de le Guele Archiepiscopi auctoritate, &c. die 8. Decembris: *Conceptio B. MARIE* duplex. Est officium particulare. Impress. Auguste Turorum 1611.

Valentinum, habet rotum officium *Immaculatae Conceptionis*. Sicut Lilium. Impress. anno 1533. in 4.

Vallis Viridis prope Bruxellas, Canonicorum Regularium S. Augustini: *Conceptio B. Virginis* duplex, ut appetat ex tribus Breviariis manusc. existentibus ibidem.

Vallis Umbrosæ, sive S. Ioannis Gualberti, folio 225. In festivitate *Immaculatae Conceptionis*, officium proprium, & singulare: Sicut lilium inter spinas, &c. Oratio: Deus, qui per Immaculatam Virginis Conceptionem. Et ab eo principio, & fine extabat originales, quod vidimus Romæ: In nomine Domini nostri Jesu Christi, & Virginis MARIE, & S. Ioannis Gualberti, incipit Breviarium secundum Ordinem Vallis Umbrosæ, folio 257. In festivitate *Immaculatae Conceptionis Virginis MARIE*, in primis & secundis Vesperis Antiphona: Sicut Lilium, &c. ut in nostro Breviario, sed cum quatuor Antiphonis. Oratio: Deus qui per Immaculatam Virginis Conceptionem, &c. Est officium singulare, & Letiones ex dictis Sanctorum, & habet duodecim reliqua, ut in nostro Breviario. Est absque loco & anno impressionis, quia caret principio, sed antiquis characteribus, in Bibliotheca D. D. Cardinalis Mazarini.

Vedastinum Monasterium Atrebatii: *De Conceptione B. Virginis sancte Dei Gencricis MARIE* duplex, dies Eger. manusc. ibidem. Et in Libro: Festa principalia Monasterij S. Vedasti, antiquissimis characteribus scripto, est eadem nota. Et Pontificale ejusdem Monasterij adducit, folio 90. pro die Conceptionis S. MARIE Virginis, Benedictionem: Omnipotens Deus sua nos dignetur protectione benedicere, qui hunc diem per Conceptionem Beatae MARIE fecit clarescere. Amen. Et habet alias Benedictiones. In eadem Bibliotheca sunt viginti Breviaria, Horæ Virginis MARIE, & alia manusc. cum rubrica Conceptionis, rubris litteris.

Vercellense, sub tali inscriptio: Breviarium secundum ritum Curiæ Vercellensis. Idus Decembris: *Conceptio Beatæ Virginis MARIE* duplex maius, quod solum ponit in die Nativitatis illo mense rubris litteris. Et fol. 371. In vigilia Conceptionis B. Virginis MARIE, in Vespere Antiphona: *Conceptio gloriose. Capitulum: Dominus posedit me. Ad Magnificat: Tota pulchra esamica mea, & macula non est in te, &c. Oratio: Omnipotens semperterne Deus, &c. Invitatorium: Verbum Patris Matrem præservans à labe peccati: Venite adoremus, &c. Omnia alia sunt satis singulares. Absque anno impressionis antiquis characteribus reperitur in Bibliotheca D. D. Cardinalis Mazarini*, in 8.

Viconiense in Belgio: *Conceptio Beatæ Virginis* duplex, ut appetat ex tribus Missalibus manusc. existentibus in Bibliotheca eiusdem Monasterij.

S. Victoris Parisiensis Breviarium antiquissimum existens manuscriptum in Monasterio S. Victoris Parisien. num. 170. folio 122. à tergo hæc habet: 6. Idus Decembris: *Conceptio B. MARIE Virginis* totum duplex; ad Vespertas, & ad Matutinum, & ad Horas, per omnia sicut in Nativitate ejusdem. Aliud eodem numero in charta pellicea: *In Conceptione B. MARIE Virg. ad Vespertas Antiph.* Hæc est Regina Virginum, sicut in Nativitate B.

MARIE tam in die, quam in nocte. Lestiones particulares: Beata & gloriola semper Virgo MARIA, &c. & sunt ex historia S. Anselmi de Conceptione. Et Nicasius de Ulmo, Canonicus Regularis Ecclesie S. Victoris Parisiensis, fecit scribi anno 1457. Constitutiones ac Ceremoniale ejusdem Ecclesie, ubi die 8. Decembris: *Conceptio B. MARIE totum duplex 1. fol. 22. 6. Idus Decembris: Conceptio B. MARIE totum duplex.* Ad Vesperas, ad Matutinum, & ad Horas per omnia, sicut in Nativitate eiusdem, mutato tamen nomine Nativitatis in nomen Conceptionis. Ad maiorem Missam: Gaudentius, &c. sicut in Nativitate ejusdem. Sequentia: Salve Mater. Credo. Et Praefatio: Et te in Conceptione. Et folio 145. ponuntur minora tota duplicita, quæ apud nos sunt, quatuor, & non plura. Primum est festum Dominicæ Circumcisionis. Secundum est B. Trinitatis. Tertium octava S. Victoris. Quartum est *Conceptionis Immaculatae Virginis*, MS. Et in alio originali existente in eadem Biblioth. dicitur: Officia propria festorum Regalis Abbatia S. Victoris Parisiensis, Ordinis Canonici. Regularium S. Augustini. 8. Decembris: *Conceptio B. MARIE Virginis duplex prima classis, tertii Ordinis, servata Commemoratione feria. Parisiis an. 1623. in 12.* Preter relata invenimus in eadem Biblioth. In Ordinario divini officij S. Victoris Parisi. in rubrica prima, de festis quæ contingunt in Sabatibus Adventus Domini, & in secunda quæ agit de Dominicis diebus, agitur de *Translatione festivitatis Conceptionis*, &c. Idus Decemb. rubeis characteribus inquit: *Conceptio B. MARIE totum duplex solenne.* Ad Vesperas, Matutinas, & Horas, per omnia, sicut in Nativitate ejusdem Virginis, mutato tamen nomine Nativitatis in nomen Conceptionis. Exstat inter manucl. num. 738. In alio etiam exemplari dicebatur: Breviarium S. Victoris extra muros Parisiensis. MS. In vigilia *Conceptionis B. MARIE Virginis*, Antiphona, & Hymni sunt particulares. Exstat MS. num. 740. ibidem.

Villariense in Brabantia: *Conceptio B. Virginis totum duplex in duobus Breviariis manucl. existentibus in Bibliotheca ejusdem Monasterii.*

Virduncense, cuius rubrica est: *In Conceptione B. Virginis MARIE, quocumque die veneri, sive in Dominica, sive non, solemnitas celebrabitur. Ad Vesperas Antiphona: Gaude Mater Ecclesia. Impress. Parisiis 1499.* Et impress. ibid. 1560. habet festum Conceptionis.

Utrajuctense, & Episcopatum suffraganeorum Arlementis, Daventriensis, Lernardiensis, Goettingensis, &c. *Conceptio B. Virginis MARIE duplex manus. Coloniae 1640.*

S. Waldestridis Breviarium, adducit officium de Conceptione Virginis MARIE, cum Hymnis particularibus, ex quibus transcripti hæc:

*Conceptus hodiernus*

*MARIE semper Virginis  
Nervum testit, nescum solvit  
Vetus & originis.*

*MARIA plena gratia*

*Stirpe concepta Regia, &c.*

Vide alia apud Antonium Balinghen, in Parnasso Mariano, à folio 14. & 19. & 29.

Warmiente: *Conceptio Virginis MARIE. Impress. Coloniae 1581.*

Windefemense, sub hac rubrica: Ordinarium divini officij, pro Ordine Canonicorum Regularium

Capituli, sive Congregationis Windefemensis. Idus Decembris: *Conceptio B. MARIE Virginis duplex majus festum.* Et folio 1. à tergo. Te Deum. Glorie in excelsis. Sequentia, & Ite Misla est. non dicitur per Adventum, præterquam in festo *Conceptionis B. MARIE, & Patroni cuiuslibet Monasterij.* Impress. Dauentriae 1521. in 4. Præter relatum invenimus itidem diversa Breuiaria ejusdem Ecclesie, impensis Antwerpiae apud Henricum Ecqueret: & aliud ibidem anno 1557. & aliud Lovanijs 1548. tempore apponunt: *Conceptio B. MARIE Virginis duplex, & est officium singulare.*

Uxamense, fol. 1588. habet officium de *Conceptio Virginis MARIE; carebat principio & fine, & sic non extraximus impressionem.*

Xantonense in Gallia, ut appareat ex Missali impress. Piastuij, anno 1506. *Conceptio B. Virginis, rubeis litteris. Vide verb. Missalia.*

Zagrabiente, correctum & emendatum. In *Conceptionis B. MARIE, Antiphona: Gaude Mater Ecclesia. Impress. Venetijs 1484. fol. 299.*

BRIGITTA, Principissa Meritiae de Regno Sueciae, ac Sancta, lib. 1. Revelationum, cap. folio 14. in persona Virginis MARIE, inquit: Ego volo tibi dicere, quam dulciter ipse dilectus corpus meum, & quam dulciter animam meam, quantum etiam honoravit nomen meum. Ipse filius meus, prius me dilexit, quam ego eum, quoniam Creator meus est. Ipse conjugium Patris mei, Matris tanta castitate coniunxit, ut tunc non conveniret castius conjugium, ut nunquam connoire vellent, nisi juxta legem solummodo suscitandi prolem, & cum sibi nuntiatum esset Angelo, quod Virginem parerent, unde lumen di procederet; magis voluerint mori, quam carnali amore conyenire, & voluntas in eis morta erat: tamen pro certo dico tibi, quod ex charitate divina, & ex verbo Angeli nuntiantis conveniunt carne, non ex concupiscentia aliqua voluntatis, sed contra voluntatem suam ex divina dilectione; & sic ex semine eorum per divinam charitatem caro mea compagnata est; factio autem corpore meo, de a divinitate sua animam cretam immisit corpori, & anima cum corpore sanctificata est, quam Angeli custodiunt, & servabant die, at nocte. Cum autem anima se efficeretur, & corpori coniungeretur, tanta Maria advenit latitia, ut impossibile esset dictu, &c.

Ite, lib. 5. Revelationum, revelat. 13. in libro questionum, quæ est ultima in prædicto libro, fol. 472. explicans illud enigma: Vas clausum, & claufum; inquit: Clafum diabolo, & non Deus. Diabolus quasi torrens vitiorum cupiebat non ad inventionibus suis appropinquare cordi MARIE, sed nunquam ad aliquod quantumcumque reatum peccatum valuit inclinare animum ejus, quia clausus contra tentationes, nam torrens spiritus mei inficerat eum, & spirituali gratia replevit eam.

Item, ibidem infra: Tertiò, fuit MARIA vas vacuum, & non vacuum; vacuum ab omni voluptate, & cœte; non vacuum, sed plenum cœlesti dulcedini, & omni bonitate.

Item, infra: Quintò, MARIA fuit vas mundum, & non mundum; mundum vere fuit, quia tota pulchritudo & tanta immunditia non inveniebatur in ea, sed ex accus insigeretur; sed non mundum fuit, quia de radice illius processit, & de peccatoribus nata est, tunc sine peccatis, &c.

Item, lib. 6. cap. 55. fol. 556. sic inquit (M. D)

Dei loquitur) Quando Pater meus, & Mater mea matrimonialiter convenerunt, plus fecit hoc obedientia, quam voluntas; & plus operata est ibi charitas divina, quam voluptas carnis; nam hora, in qua ego concepta fui, bene potest vocari aurea hora, & pretiosa: quia alij conjuges convernerunt ex voluptate carnali, mei vero Parentes convernerunt ex obedientia, & praecepto Dei. Bene ergo aut ea hora fuit Conceptio mea, nam tunc incepit principium salutis hominum, & tenebre quasi festinabant in lucem, Deus namque singulare quoddam, & a saeculo absconditum facere voluit in opere suo, quemadmodum fecit in virga arida florescente; sed scio, quod Conceptio mea non omnibus nota fuit, quia voluit Deus, quod sicut ante legem scriptam praecessit lex naturalis, & electio voluntaria boni, & mali, ut postea veniret lex scripta, quae cohiceret omnes inordinatos motus sic placuit Deo, quod amici sui pre dabissent de Conceptione mea, & quilibet ostenderet zelum suum, donec veritas claresceret in tempore praeordinato.

Item, in Serm. Angelico de excellentia Beatae MARIE Virginis, quem ipse Angelus dictavit B. Brigita ex praecepto Dei, & ipsa ex eodem praecepto devote confirmit, feria 2. lect. 2. cap. 5. fol. 776. inquit: Convenienter itaque teneritudo illa infante tenebris similatur, quia Deus non agnoscitur, & quid agendum sit nulla ratione discernitur, hanc itaque aetatis infantiae teneritudinem, in, o Virgo omnis peccati expers innocentissime transfigisti, &c.

Item, ibidem Ser. 4. lect. 1. cap. 10. folio 781. inquit: O Anna Mater reverenda, quam pretiosum thesaurum in tuo bajulasti utero, quando MARIA, quae Mater Dei fieri debebat, in ipso quievit vere sine omni ambiguitate credendum est, quod materiam illam statim quando in Anne utero concepta & collecta fuit de qua MARIA formari debebat, ipse Deus plus diligebat, quam omnia humana corpora a viro, & muliere generata, & generanda per mundum nisi verum; unde venerabilis Anna vere nuncupari potest omnipotens Dei Gazophilacium, quia ipsius thesaurum super omnia sibi amabilem, in suo utero recondebat. O quam propè erat jugiter cor Dei huic thesauro! o quam pie, & alacriter huic thesauro oculos sue Majestatis infixit quia postmodum in Evangelio suo sic ait: Ubi est thesaurus tuus, ibi est cor tuum; & ideo bene credibile est, Angelos ex hoc thesauro non modicum exultasse, quando Conditorum suum, quem plus scipis diligebant, ita illum thesaurum diligere agnovebant, quapropter bene esset convenienti, & dignum, quod dies illa ab omnibus in magna reverentia haberetur, quia materia illa in Anne utero concepta, & collecta fuit, ex qua benedictum corpus Matris Dei formari debebat, quam ipse Deus & omnes ius Angeli in tanta charitate perambabant.

Item, ibidem lect. 2. cap. 11. Deinde postquam illa benedicta materia congruo tempore formatum corpus habuit in alvo Matris, sicut eam dedit, tunc auxit thesaurum suum Rex omnis glorie, scilicet infundendo ei viventem animam, & quemadmodum apisarva florida circumvolans universa mollifera gramina diligentius perscrutatur, quia ex naturali scientia novit discernere ubi pullulat flos amoenior, quem si forte ex folliculo adhuc extumperet non viderit, nihilominus tamen ejus ortum cum desiderio delectabiliter praestolatur, ut

ad suum placitum ipsius dulcedine perficiatur: simil modo cœlestis Deus, qui omnia oculis suæ Majestatis clarissimè intuetur, quando MARIAM in secreto materni uteri adhuc latitare prospiciebat, cui in æterna sua præscientia nullum hominem totius mundi in omni virtute similem novit debere existere, cum omni consolatione, & gaudio, ipsius ortum expectabat, ut per ipsum Virginis charitatis dulcedinem, sua superabundans divina bonitas pandere retur. O quam clare emicuit in Anna utero Aurora consurgens, quando in eo MARIE corpusculum per adventum anime vivificatum existit, cuius ortum videre Angelii, & homines tanto desiderabant, &c. Prosequitur alia quamplura, quæ de ortu in utero, vel ex utero possunt intelligi, quæ omnia reperies tom. I. Impress. Romæ 1606. in fol. Item, impress. ann. 1492. Item, Antwerpia anno 1611.

Item, I. 6. c. 49. f. 547. Inquit (Mater Dei loquitur) Si alicui volenti jejunare, qui desiderium habet comedendi, sed voluntas resisteret desiderio, præcipiteret à Superiori (cui obediendum esset) quod propter obedientiam comederet, & ille propter obedientiam contra velle suum comederet, illa comedio majori remuneratione digna esset, quam jejunium. Per similem modum conjunctio Parentum meorum fuit, quando ego concepta fui, & veritas est, quod ego concepta fui sine peccato originali, & non in peccato: quia sicut Filius meus, & ego nunquam peccavimus; ita nullum conjugium fuit, quod honestius esset, quam illud, de quo ego præcessi.

**B R U N O** Carthusianus, inclitus, ac Sanctissimus Patriarcha sua Religionis, natione Coloniensis, in Exposit. Psalm. 101. fol. 400. ait: Dominus de celo in terram aspexit, dum de regalibus sedibus in uterum Virginis venit; hęc enim incorrupta terra illa, cui benedixit Dominus, ab omni propterea peccati contagione libera, per quam vitam agnoscimus, & promissam veritatem acceperimus. Quæ, quia digna fuit, Dominus de celo in terram aspexit, sed ad quid? Ut audiret, inquam, gemitus compeditorum, id est, gemebundas preses eorum, qui pro peccato primi parentis in inferno compediti tenebantur vinculis tenebrarum: ad hoc enim specialiter Christus venit in mundum, ut mortuos liberaret ab inferis, & viuos solveret a peccatis. Unde sequitur: Et solveret filios interemptorum, id est, primorum parentum, qui fuerunt interemptores, & interempti, quia causam interemptionis, id est, originale peccatum ad filios transmisserunt, &c. Quod hic agat Bruno de peccato originali, ex ipsis verbis evidenter patet: ab hac ergo peccati contagione fuit MARIA libera.

Item, in Serm. 5. de B. Virgine, serm. 1. tomo 3. fol. 107. inquit: Est etiam terribilis, ut acies castrorum ordinata, ad quam omni virtute circumamictam non audet aliquis hostis accedere, ut quæ Spiritus Sancti proteguntur adumbratione, &c. Si nullus inimicus igitur neque originale accessit ad MARIAM.

Item, Serm. 2. de Nativitate Beatae Virginis, inquit: Primum hujus linea caput est Adam, secundum vero Christus. Hęc linea incipit ab Eva, & definit in MARIAM. In principio mors, & in fine vita consistit. Mors per Eam facta est, vita per MARIAM reddita est; illa à diabolo victa est, bac diabolum ligavit, & vicit. Cum enim ab Eva usque ad ipsam linea extendatur, in ipsa tandem ille hamus

hamus ligatus, & incarnatus est, per quem captus est ille Leviathan serpens antiquus, qui est diabolus, & Sathanas, ut qui per foeminam in regnum intravit, per foeminam de regno extraheretur, & qui foeminam illusit, & suis sibi vinculis ligavit, ab hac una foemina illudetur, & ligaretur, &c. Quorum laudes inter omnes creaturas pulcherrima suscipere dignetur, cuius humilitate, & sapientia hic tantus hostis captus, & ligatus, & de regno, quod tanto tempore iniuste possederat, eiectus est, &c. Lib. impress. Coloniae 1611. in fol.

**B R U N U S** Heribolensis Sanctus, in Pentateuchum Moysis, ad c.3. Exodi f.94. inquit: Hæc autem prima visio Moysis, hæc primum cum Deo loqui incipit. Sed quid per rubrum, nisi B. Virginem MARIAM? Quæ sic ex Iudeorum spinosa & peccatrice gente exorta est, sicut de rubi asperitate pulchra & odorifera nascitur rosa. Hæc autem visa est ardere, sed non arsit, quia sine carnis concupiscentia, sine libidine n̄ æstu S. Spiritu obumbrante concepit. Impress. Duaci 1648. in 4. Si aliquis dixerit istum non esse expressum pro pia sententia, transeat: nam saltem hoc habebimus expressè, quod, cum fuerit antiquus, non sustinuit opinionem contrariam: hoc enim dictum communissimum non solum ab antiquis, sed etiam à modernis Opinionis contraria defensoribus, primò ac præcipue intendimus debellare hac Militia.

**B R U N U S** Lother, Ordinis Carthusianorum Flander, edi curavit opera Joannis Jutti Lanpergi, ubi quamplura extant Opuscula, seu Sermones de Immaculata Virginis Conceptione, ut videre est in lib. impress. Coloniae 1553. in fol. & 1555.

**B R U N U S** Neufer, Ordinis Minorum Provincie Colonensis Theologus, in Summa sua Prædictabilium Sermonum, habet tres Sermones pro Immaculata Conceptione. Primum in Sabbato 1. fol. 48. sub hoc titulo: Canonista & Theologi remis rationum à tempestate originali naevum vicitricem propulsant. Secundum fol. 176. sub hoc titulo: MARIA tam decora in anima fuit, & tantam gratiam meruit, ut in primo instanti Concepsemus omnes Sanctos & Angelos in ea superaret: illa in utero matris cubans mercatur, & semper novam gratiam quasi infinitam obtinuit. Lib. impress. 1659. in 4.

Item, in 2. parte pro Sabbato Dominicæ Palmarum, fol. 48. sub hoc titulo: MARIA palma victoriosa, in valle Conceptionis peccatum vincit. Lib. impr. eodem anno 1659. in 4.

**B R U N U S** Solerius siue Astensis, Episcopus Signinus, lib. 5. Sentent. de laudibus Virginis, cap. 1. agit, quomodo Deus fundavit Civitatem suam, id est, Matrem MARIAM creavit; quod pro incontraminata puritate Virginis Deipara adducit P. Euseb. Nicremb. in lib. Sacro Syl. cap. 1. §. 2. sed præcipue pro hoc mysterio faciunt verba ab eodem infra adducta. Hæc linea (id est generatio Christi) incipit ab Eva, & definit in MARIAM. In principio est mors, & in fine vita confitit. Mors per Eram facta est, vita per MARIAM redditâ est. Illa à diabolo viciâ est, hæc diabolum ligauit, & vicit. Extant tom. 3. fol. 26. Lib. impress. Venetijs 1651. in folio. Alii habet verba, sed etiam extant in S. Brunone Carthusianorum Fundatore.

**B R U T U S** Gotifredus, Italus, scripsit Triumphum miraculoso imaginis Genitricis Dei MARIÆ ab Archiconfraternitate Immaculata Conceptionis, & Stellarij, in Templo S. Laurentij in Damaso de Urbe religio-

fullimè cultæ; de quo Marrac. in Biblioth. tom. fol. 247. & ego cùm essem Romæ, hoc opus quisivi à fratre ejus, sed solum extabat quoddam fragmentum.

**B U L L A** Apostolicæ à diversis Summis Pontibus expedita, sub hoc titulo præcisè Conceptionis Virginis MARIÆ, reperta in Archivo S. Petri Vaticano, in Archivoque Brevium Romanarum, & à nobis extractæ pro confiando Bulla Seraphico, videri possunt in lib. sub tit. Indice Bullarum Seraph. &c. Impress. Romæ 1615. de quibus dicimus hoc, ut quid singulare, & ratione dignissimum, quod nūnquam vidimus aut legimus Bullam aliquam expeditam fiducio Sanctificationis; aut aliquod Rescriptum Sumorum Pontificum, Sacrarium Congregatum: imò semper, & ubique loquuntur in pleno titulo Conceptionis; ut hinc appareat, quoniam Spiritus Sanctus, singulare assentientia suam Ecclesiæ, prohibens intenſibiliter, & relegat ab ea talem Sanctificationis vocem. Vide Note Indissol. Sub espresso titulo Conceptionis Immaculatae, Sanctissimæ, Puræ, Miræ, Illibatæ, &c. in nostro Regeſto sequentes. Sixtus IV. Pont. in 1. Bulla, qua incipit: Grave nimis editio 1282. sui Pontificatus II. agit de ipsius Immaculatae Virginis Mira Conceptione. Et in altera Constitutione, qua incipit: Grave nimis. editio 1473. Pontificatus sui anno 13. inquit: Editio Immaculatae Conceptionis officium celebrantes, Alexander IV. in Bulla, qua incipit: Illiusque pro Dominici gregis, &c. expedita anno 1282. inquit: Eiusdem Immaculatae Conceptionis officium celebrantes, &c. Julius Papa II. in Bulla, qua incipit: Dum præclara meritorum insignia, &c. die 10. Julii, anno 1510. sui Pontificatus anno 1510. inquit: Qui imaginem ejusdem Beatae MARIÆ, Unigeniti ejus Filii, quam dilectæ in Chiesa Monialia filiæ, Ordinis Sanctæ Conceptionis Terranæ, &c. Idem, in Bulla, qua incipit: Illiusque pro Dominici gregis, &c. anno 1511. die 15. Octobris, Pontificatus 8. inquit: Immaculatam Conceptionem venerantes, &c. Et infra in eadem Bulla: Et Immaculatae Conceptionis ejusdem Genitricis. Et infra: Et gloriose Virginis piis in cordibus pacificis Conceptionis augeatur devotio, &c. Idem Julianus Bulla, qua incipit: Inter universa Divina Iustitias, &c. expedita anno 2. sui Pontificatus anno 1518. 13. Kal. Julii, sui Pontificatus anno 1518. inquit: Ob singularem devotionis affectionem, quæ ad Immaculatam Conceptionem glorioissimæ Virginis Dei Genitricis MARIÆ, &c. Paulus III. in libro expedita pro Fratribus Tusciæ Florentinorum, qui incipit: Exponi nobis nuper, &c. data die 16. Iulii, anno 1548. Pontificatus sui anno 14. 13. Kal. Julii, anno 1548. Pontificatus sui anno 1548. Vestrī Ordinis, & observantiae prædictorum invocazione S. MARIÆ Immaculatæ conceptus, &c. Conceptione, cum Ecclesia, &c. Gregorius XIII. Bulla, qua incipit: Super gregem Dominicum, &c. data Tusculi 5. Idus Maii, anno 1582. inquit: Sub invocatione Sanctissime Conceptionis, &c.

mens VIII<sup>th</sup> in Bulla, quæ incipit: Gratia devotio-  
nis, &c. data 9. Maii, anno 1600. Pontificatus  
sui anno 9. inquit: Capellas sub *Immaculata Concep-*  
*tionis B. MARIE Virginis in votatione, &c.* Idem in  
alia Bulla, quæ incipit: Dignum, &c. data 11. Kalen-  
das Februarii, anno 1601. Pontificatus sui  
anno 10. inquit: Simplex beneficium Ecclesiastici  
cum ad Altare *Immaculatae Concep-*  
*tionis B. Virginis*, &c. Paulus V. in Bulla, quæ incipit: Regis pacifici, data  
die 6. Julii, anno 1616. Pontificatus sui anno 12.  
inquit: *Ejusdem, Immaculatae Conceptionis officium*  
celebrantes, &c. Idem in Bulla incipiente: Vitæ,  
ac morum, &c. expedita Pridiæ Kalendas Septem-  
bris, anno 1607. sui Pontificatus anno 3. inquit:  
Beneficio Ecclesiastico sub invocatione *Imma-*  
*culatae Conceptionis B. Virginis MARIE, &c.* Idem in  
alia Bulla, quæ incipit: De salute gregis, &c. data  
Kalendis Maii, anno 1614. sui Pontificatus anno  
10. inquit: *Confraternitas sub invocatione Imma-*  
*culatae Conceptionis ejusdem B. MARIE Virginis, &c.*  
Idem in Bulla, quæ incipit: Dignum. data anno  
1617. 4. Idus Maii, Pontificatus sui anno 13.  
inquit: *Beneficium Ecclesiasticum sub invocatione*  
*Immaculatae Conceptionis B. MARIE Virginis, &c.* Idem in  
alia Bulla ejusdem tenoris, expedita 9.  
Kalendas Julii, sui Pontificatus anni 13. inquit:  
Sub invocatione *Immaculatae Conceptionis*. Et in alia  
Bulla, quæ incipit: Ex debito Pastoralis officii, &c.  
data 6. Idus Februarii, ann. 1619. Pontificatus  
sui anno 5. inquit: *Monasterij Monialium Imma-*  
*culatae Conceptionis B. Virginis, &c.*

Item, ex Urbano VIII. de quo non verentur di-  
cere, eum semper, & ubique renuisse adscribere  
Concept. titulum *Immaculata*, sunt in ejus Regesto  
Bullæ sequentes. Prima, quæ incipit: *Illi vices*  
gerentes, &c. data 9. Apriilis, anno 1625. sui Ponti-  
ficatus 2. inquit: *Confraternitas sub invocatione*  
*sanctissime Conceptionis B. MARIE, &c.* Et in Bulla  
expedita anno Christi 1627. sui Pontificatus 4.  
quæ incipit: Dignum, &c. inquit: Sub invoca-  
tione *Conceptionis Immaculatae Virginis MARIE, &c.*  
Et in Bulla expedita Idibus Decembribus ejusdem  
anni 1627. quæ incipit: *Illi vices gerentes, &c.* inquit:  
In Ecclesia *Conceptionis Immaculatae Virginis*  
Aversan. &c. Idem anno Christi 1629. sui Ponti-  
ficatus 6. Nonon Kalendas Junii, in Bulla quæ inci-  
pit: Ex commissi nobis, &c. sic inquit: Ecclesiam  
sub *Conceptionis Immaculatae ejusdem Beatae MA-*  
*RIE Virginis, &c.* Item, in Bulla quæ incipit:  
Dignum, &c. data anno 1631. Quarto Idus No-  
vembribus, sui Pontificatus 9. inquit: Sub denomi-  
natione *Immaculatae Conceptionis B. MARIE, &c.*  
Idem anno 12. sui Pontificatus, Christi 1635. die  
12. Maii, in Bulla quæ incipit: Religiosos vi-  
tos, &c. inquit: *Omnibus & singularibus Patribus, &*  
Fratribus predictis Provinciæ *Immaculatae Concep-*  
*tionis B. MARIE, &c.* Istæ sunt Bullæ, in quibus  
Summi Pontifices pro Cathedra sedent, cant,  
non Virginem, sed ipsammet *Conceptionem Sanctam*,  
*Puram, Immaculatam*. Alias vide in *Nodo In-*  
*dissolubili* i fol. 83. usque ad finem libri, & in  
nostro Indiculo Bullariorum Seraphici, ubi inveneris  
signum istud \*

BURCARDUS Zorillard, Ordinis Minorum  
Germanus, in relatione Provinciæ Austriæ affi-  
mat, quod in illa Provincia sunt duo Altaria *Conceptionis*  
*Dominae nostræ*. Extat apud nos manuscr.  
BUSSE N. Societatis Iesu Gallus, laboravit

Mahuale Meditationum devotarum, &c. & in In-  
dice festorum, pro festo *Immaculatae Conceptionis sa-*  
*cratissima Virginis*, Considerationes à fol. 281. usque  
283. Impress. Parisiis 1647. in 16.

## C.

CÆLIUS de Leon, & Quirinos, Canonicus  
Magistralis Hispanus, Serm. de S. Michaële fol. 3.  
inquit: Aparecio a Moyses en una çarça ardiente,  
cuyo fuego no marchitava su verdor, por das  
señas de la pureza de MARIA, que en el milagro de  
la çarça conocen los Padres, &c. Serm. impress.  
Granata 1641. in 4. Puras MARIE fuit, & in  
partu, seu Conceptione Filii Dei, & in propria  
Conceptione; de utraque loquuntur PP. sed hic  
loquitur absque dubio Cælius, de puritate Concep-  
tionis paupræ, quia Granata sic ex voto sen-  
tiunt omnes:

CÆLIUS Pannonius, Ordinis S. Pauli primi  
Eremitæ, in suis Commentariis in Cantica, in-  
quit: Porro celebratur hoc Canticum decantafis-  
sum, & de Deipara Virgine per appropriatio-  
nem, quæ ideo tota pulchra fuit, quia in ea nulla  
macula fuit, nec originalis, nec actualis peccari, ut purio-  
res Theol. cantant. Deus quippe summè puram esse  
voluit, quæ candorem lucis eternæ, & speculum sine  
macula conceptura, & intra viscera gestatura fo-  
ret, quæ singulari gratia præservata fuit, ut non pe-  
netraret ad eam labes ista connaturalis, quando  
corpus affatu Spiritus consecratum suscepit ani-  
mam in plenitudine gratia creatam, quod citra  
altercationem potuit Deus facere, & fecit; alio-  
quin non tantum honorasset Pater Filium, si Ma-  
trem aliquando infamia malum subiisse passus  
esset, &c. Extat liber iste in Monasterio Lepo-  
glave manuscr. ut refert Joannes Euseb. Nieremb.  
lib. Dissert. epist. 15. fol. 296. Laurentius Chrysog.  
in Mundo Mariano, dissert. 20. n. 11. Velazq. lib. 5.

Item, in Collectanea in Apocalypsim, capite 12.  
punct. 3. fol. 158. ad finem, vocat Virginem MARIAM  
intemeratam. Lib. impress. Venetijs 1547. in 4.

CÆLIUS Sedulus, Presbyter ac Poëta anti-  
quus, in lib. Mirabilium divinorum, lib. 1. §. de Ad-  
damo è Paradiso ejecto, inquit:

..... Ut unde  
Culpa dedit mortem, pietas daret inde salutem,  
Et veluti spinis mollis rosa surgit acuta,  
Nil, quod l. edat habens, Matremque obseurat honore;  
Sic Eue de Hirpe sacra veniente MARIA;  
Virginis, antiquæ facinus nova. Virgo piaret,  
Vi quoniام natura prior vitiata jacebat  
Sub ditione necis Christo nascente renset  
Posset homo, & veteris maculam deponere carnis.

Lib. impress. Venetijs 1501. in 4. & cum Com-  
ment. Alij Antonij Nebricen. Granata 1553. in  
4. Si Virgo MARIA ex spinis, scilicet peccatis, vel  
maledictionibus Adami pullulavit ut mollis rosa,  
nihil habens quod l. edat, sicut non contraxit ori-  
ginale; quia aliter haberet quod l. ederet, & non  
esset mollis rosa, sed spina acuta, sicut cæteri Eva  
filij. Deinde illud notandum. Quoniam natura pri-  
or vitiata jacebat sub ditione necis; natura prior  
fuit natura ut in Eva; natura posterior fuit ipsa  
natura prout in MARIA; illa fuit vitiata, sed hæc  
illa. Extat in Bibliotheca Veterum Patrum, &  
alibi sære manuscript.

R

CÆSAR